ditas:triangulatio:sordicies: sanies:calor:frigus:⁊ caro addita: vruca: apostema:fluxus sanguinis:fluxꝰ humorꝝ: corrosio:luor:⁊ rubedo:recēcia: ⁊ vetustas ⁊ multa cōsimilia. Ista eñ sunt accidentia ⁊ cōpositiōes cōcomitātia:⁊ nō sunt differētie cōstitutiue que addite speciem nouā faciāt.sicut declarauimꝰ tertio de īgenio. Solutio igitur cōtinuitatis fit in cute:⁊ carne:⁊ musculo:⁊ vena:⁊ arteria ⁊ corda:⁊ neruo:⁊ ligamēto:⁊ pānículo: ⁊ in ossibꝰ:⁊ iūcturis:que dissocatio appellat:⁊ in mēbris principalibꝰ ⁊ nō principalibꝰ:in quibꝰ oibꝰ medicū sollicitum porrendūt ⁊ diligentē.Si vulnꝰ est magnū aut parū:siue in superficie aut profunde:si est cū depditiōe substātie aut sine. si est in mēbro radicali aut fluēte:si est in mēbro principali aut nō principali:si ēt mēbro sensibili aut non sensibili aut parui sensus:si est cū magno dolore aut parno si est cū fluxu humoꝝ aut sine fluxu. si est cū sordicie aut sine sordicie:si est simplex aut ꝓpositū. Et aduertere dꝫ ad magnitudinē cōpositionū: si labia vulneris distant multū aut nō:si fractura ossis ē cuꝫ dentibꝰ aut sine dentibꝰ:si neruꝰ est punctus aut incisus:si cor est vulneratuꝫ aut capsula:si cerebꝝ:⁊ si piamater aut dura mater:aut substātia cerebralis:si est cum cōcussione aut sine cōcussione. Cōsiderꝫ igit genꝰ ⁊ quatuor spēs ⁊ multitudinez accidētiū ⁊ ꝓpositionū ꝓcomitantiū ⁊ supervenientiū. si ꝓuenerint ista ex malicia humoꝝ aut vulneris:aut iperitia restauratiōis:aut oim cor que extrinsecus sunt.que oia solent ingenio cōsiderāda sunt:si ad finē curatiōis deuenire curam

Signa. Si aūt solutio cōtinuitatis ꝓuenerit ab interioribus sicut est ex sanguine.tūc ē cū rubore ⁊ calore ⁊ punctura ⁊ sanie. Et si ex co.tūc ē cū citrinitate ⁊ ardore. Si ex flegmate ē cū albedine ⁊ humiditate. Si ex melīa cuꝫ liuore.⁊ ita de aliꝭ signis que singulos humores cōcomitant. Si aūt fuerit ex causis extrinsecis:ex noticia pacientis habent:aut assistentiū:aut cū oculo: aut digito ⁊ similibꝰ.que pfectius in libris cirurgie cōtinentur.

Prognostica. Omnis solutio fca in mēbro bene cōplexiōis defacti curat fz cū ē i corpe male cōplexiōato nō ō dificili curat.⁊ ideo vlcera ydropicoꝝ aut lepꝛosoꝝ:aut nunq̄ curant:aut cū difficultate magna.vulnera cordis nō curantur vulnera capitis ⁊ stomaci ⁊ epatis aut splenis aut renū aut vesice aut matricis aut intestinoꝝ si sint pua possunt curari; si magna aut nunq̄ aut de raro cōtingētibus.vulnera pulmonis nō curantur. Vulnera mēbroꝝ radicaliū sine pditiōe substātie bene possunt vniri in puericia sed in aliꝭ etatibꝰ nō:sed fit pozus i cicatrice. Vulnera mēbroꝝ radicaliū cū depditiōe substātie nunq̄ pfecte restaurant. Si vene minute ⁊ capillares deperdantur in magnis musculis:tunc nā generat loco illoꝝ pozos ⁊ meatꝰ carnosos. Solutio cōtinuitatis in neruo si ē icisio aut punctura spasmū ⁊ alienationē ⁊ morē inducit:nisi diligētissime succuratur. ⁊ si oino incidatur nō est periculū:nisi qꝛ mēbrū supposituꝫ caret tactu aut sensu aut vtroqꝫ:pm diuersitatē neruoꝝ. Vulnera intestinoꝝ cū nausea ⁊ fluxu vētris sunt pessima. Vulnera capitis ad quas sequitur nausea ⁊ fe. sunt pessima. Fractura ossium cū dentibꝰ cū periculo consolidantur.sed postea cum difficultate frangitur fractura ossis:sed rotundū de facili vnit sed postea de facili rūpitur. Omne vulnus transiens a superficie in superficiē ē malum:qꝛ nā nō inuenit radicē vnde sumat principiū. Si aūt ī vulneribꝰ pp nimiā fluxu venerit alienatio malū:⁊ si spasmꝰ vt plurimū moriunt.⁊ si sincopis cū singultu mors est in tenuis.

Curatio. In primis fundemꝰ nos in dictis ypoc. Vulnera nō curant nisi prꝰ desiccent. Bal. exponit istū canonē in tertio de īgenio totū Intelligendū est q̄ in omni vulnere cuꝫ membꝝ sit debilitatū adimat dupler superfluitas:cū natura oino nutrimētū assimilare nō possit. f. subtilis ⁊ grossa.quare indiget duplici medicamīe:abstergere ⁊ mūdificāre. In omni igit vulnere cōpetūt medicamina sicca aliquātulu supra cōplexionē mēbri:⁊ q̄ calor nō multuꝫ excedat rēperamētū. In omi igit vulnere cōpetūt sicca fz diuersimode:qm cō

plexio naturalis mẽbri oz cõseruari. Si igit mẽbrũ siccũ ⁊ humidũ patiat soluti onẽ cõtinuitatis:in mẽbro sicco debem⁹ apponere magis sicca.⁊ in mẽbro humido minus sicca.oz si i mẽbro humido ponerent multũ sicca corrũperet cõplexio naturalis. sed illa oz seruari in tpe mozbi quantũ est de pñti intẽtione. multitudo etiã humiditatis conseruãda ẽ. Et si sordicies vulneris est multa:multũ sicca sunt apponẽda.⁊ si modica paruz sicca. Et tũc debem⁹ cõparare si mẽbrũ ẽ siccũ ⁊ sordicies multa:multũ sicca cõperũt.⁊ si mẽbrũ est humidũ ⁊ sordicies modica parũ sicca sunt apponẽda.⁊ si mẽbrũ est siccũ ⁊ sordicies pauca minus sicca. ⁊ si mẽbrũ hũdũ ⁊ sordicies mlta plus sicca ⁊ ita de alijs. Patet igitur ꝙ restaurator mẽbrozꝝ pplexionẽ ⁊ nãm medicaminuz facre debet. In simplicib⁹ igit vulneri⁹ simplicia medicamina sunt ponẽda solũ abstergẽtia ⁊ mũdificãtia. Si aũt essz vlcus sanioſuz cũ sordicie multa:tũc fortissima medicamina sunt apponẽda.sicut ẽ calx.arramẽtũ.sulphur.viride eris ⁊ sil'ia ⁊ iõ ex viride eris ⁊ cera ⁊ oleo ꝑm Bal', in de ingenio possent curari. viride eriz eris nimis penetrat ⁊ dissoluit ⁊ pũgit ⁊ vrit.sz cera ⁊ oleũ nimis humectãt ⁊ putrefaciũt.⁊ ita cera ⁊ oleũ obtũdunt acumen qõ est in viride eris.⁊ viride eris remittit putrefactoez alioꝝ.ꝗre possz fieri medicia tẽpara ꝑm nãm ꝓpõnum ⁊ nãm mẽbrozũ. sed in ꝟ oporteret ꝙ medicus esset multũ expertus. Ad alia igit recurrendũ est.in omni igit solutione cõtinuitatis oz tria cõsiderare.ꝙ primo intercipiatur fluxus.secũdo ꝙ ꝑseruem⁹ vuln⁹ a putrefactione. tertio ꝙ vuln⁹ curemus cũ medicinis ⁊ abis cõuenientibus ⁊ bono regimine in.vi.reb⁹ nõ naturalibus. Ponam⁹ igitur ꝙ vlcera fuerit a causis interioribus. tũc purgem⁹ vniuersaliter corpus.⁊ deinde mũdificemus pticulariter ꝑm exigentiã humorũ. Et ista ita tibi frequẽter dicta sunt:ꝙ nõ opz repetere. tũc vtantur isto medicamine.℞. litargiri ceruse lote.catimie lote.eris vsti ⁊ abluti ãã.ʒ.i.aloe.sarco colle.radic aristol'.tartari.ãã.ℨ.i.fiat puluis subtilissim⁹ ⁊ vlceri applicet ⁊ cũ vino ⁊ melle calide abluat. aut apponatur modicũ de cera ⁊ oleo ⁊ fiat vnguẽtũ. Aut in vlcerib⁹ calidis apponatur vnguẽtum citrinũ acuatũ cũ litargiro.⁊ in frigidis vnguentum fuscum acuatũ cum puluere aloe ⁊ aristiol'. Et si esset vlceratio cũ calore magno: aut rõe hu. calidi. aut ratione cõbustionis facte ex igne.aut ex aqua calida.aut ex sole.tũc inungat locus cũ populeon.aut cũ duabus partib⁹ populeon ⁊ tertia vnguẽti citrini.aut fiat vnguẽtuz ex his.ex mucilagine psilij.⁊ cãphora.⁊ sandal'.⁊ rosis ⁊ succo portul'.⁊ plãtaginis ⁊ papauere ⁊ coriãdro. Si aut fuerit vulnus ex frigiditate inũgat cũ assungia vulpina.aut cũ vnguento ad scabiẽ acuato cũ assa fetida.⁊ galbano ⁊ serapino ⁊ similib⁹. Sufficiãt igitur ista cã bcuitatis de vlcerib⁹ causatis ab interioꝝib⁹. Si aũt incisio vel plaga aut cõcussio aut fractura aut pforatio aut punctura corpi aduenerit pp causas extrinsecas canonib⁹ vtibus obseruatis ad vnguẽ.de ꝓpingentib⁹ nihil obmittẽtes cum dei auxilio sic incipiamus operari. Vulnus aut est magnum aut paruum.si parũ natura sufficit ꝑ se curãdum.aut ꝙ ponat rasura lardi in panno lineo desup.aut ꝙ ponat tela aranea.vel rasura camisie ⁊ sil'ia. Si aũt fuerit magnum aut est cũ depditione substãtie aut nõ.si non tunc ꝓmittat fluere san. qm̃ vt plurimũ iuuat qm̃ ꝑseruat ab apostematibus.⁊ ꝟ est ꝙ multũ timem⁹. Si autez volum⁹ sanguinẽ restringere: accipiãtur stupe canabine ⁊ madefaciãt in aqua frigida.deinde in albumine ouoꝝ:⁊ desup apponantur.⁊ cauendũ ꝙ aqua non approximetur vulneri⁹. Si aũt essem⁹ coacti balneari rõne alicui⁹ accidentis:tũc vuln⁹ emplastret ⁊ ligẽt ⁊ inungatur taliter ꝙ aqua vulnus tãgere nõ possit. Et in omni magno vulnere est ingeniãdum ꝙ illud qõ colligit cotidie mundificetur ita ꝙ sit fozamẽ in pre inferiori. aut membrum raliter curetur ꝙ locus mundificet Si autẽ vuln⁹ fuerit magnũ cũ depditione substãtie:nõ cõiungantur labia ſz instemus in mundificatione vulneris. ⁊ cauendo ꝙ hu.nõ possint fluere ad locũ.et alia oĩa q̃ dicta sunt.ꝙ corpus nõ sit plenum ⁊ simulta. Et tunc detur sibi que ge

nerāt carnē deperditā māliter. sicut sunt galline. ⁊ perdices. ⁊ agn⁹ annualis: ⁊ sīmilia. Materialia autē carnē in vulneribus effectiue generātib⁹ sunt ista. aloe. thus. aristol. es vstū. camnia lota. mirra. sāguis dra. sarcocolla. ozobus. radix lilij farina ordei. farina fabaꝝ ⁊ fīcia. vel istō accipe galbanū ⁊ liquefiat in oleo mirtino: deide apponaꝫ pān⁹ lineꝰ antiquus mundus minutissime trit⁹ ⁊ carpinatus. ⁊ aspergatur pulucre olibani. ⁊ aloe. ⁊ radix. aristologie ⁊ fiat empl'm ⁊ desup apponatur. cū autē caro venit ad superficiē tūc indurēt vt ster loco cutis. hoc autē fit cū his. s. mirra. aloe. es vstuꝫ. vitreolum vstū. galla balaustia. san. dra. ⁊ dragagā tū vstū: ⁊ similia. Et intelligendū q illud q generat carnez in vno mēbro nō gñat in alio: qm̄ quedā sunt mēbra hūida: ⁊ q̄dā sicca. ⁊ vulnera q̄dam sunt cū sordicie multa: ⁊ quedā cū pauca. q̄re medicamina vulnerū q̄ sūt in putribūdis debēt cē ficissima: ⁊ in oculis min⁹ sicca. Alia autē sūt q̄ debenꝫ neruo. ⁊ alia carni. ⁊ alia arterie: ⁊ ita de alijs. Quare restauratoz dz esse sollicit⁹ in cognoscēdo ꝓplexionē mēbroꝝ: ⁊ sensuꝫ: ⁊ nobilitatē ⁊ naturaꝫ medicaminū. ⁊ ita poterit eligere ex his medicaminib⁹ q̄ cōperūt isti ⁊ q̄ illi. ⁊ ita ratio p̄cedere dz. ⁊ nisi totū postea experimētō ꝓbēt: orationes sunt rethoricoꝝ qui ꝓpositiones hūt decoratissimas rei substātiam nō tangentes. Si aūt fuerit cōcussio arteriō seu flagellatio. tūc a pri cipio fiat flōia dato q coꝝ⁹ nō esset plenum. deinde apponatur fra stiptica desup: vt nō fiat fluxus ad locū. deinde festi nemus euacuare ⁊ abinꝫ ⁊ ab extra: qz cito fierz apostema. aut sanies. aut cācer. aut fistula. Abinꝫ igit̄ dissoluatur sic. de coquaꝫ cēraurea maioꝝ ⁊ costꝰ in sirupo acetoso. ⁊ sumatur mane ⁊ sero. Abextra aūt ponaꝫ lana succida cū farina ordei. ⁊ apponātur calida resoluētia ⁊ subtilātia ꝓmēretur igit̄ locus cū aqua decoctionis camomille ⁊ siliuz. ⁊ si necessariū fuerit apponatur vēnose cū scarificatiōe. putrefacto igit̄ ⁊ corrupto remoto curētur sicut alia vulnera curantur. Curatio igit̄ ista? ꝑm Bal. ab alijs solutionib⁹ ꝓtinutatis ē diuersa. Si aūt vuln⁹ fuerit ꝓfundus: ꝓponātur tres ꝓtē vsq; ad ꝓfundū: ⁊ mūdificētur cotidie bis. aliter fistulareꝫ loc⁹ Si aūt vena aut arteria fuerit incisa: fluxus nimis distrahaꝫ cū fricationib⁹ ⁊ ligatis ⁊ silibus. ⁊ istud empl'm desuꝫ apponaꝫ ℞. aloes. thus minutuz. san. dra. bolū armenicū. pilos lepozinos minutissime cōtritos. ⁊ cōficiātur ista cū albumine ouoꝝ. ⁊ est vltimū in tunamēto. Si ātē vulnus vel pūctura fuerit in neruo: tūc in pueris ⁊ mulieribus ponātur min⁹ fortia sicut est resina. pix nauaꝫ. sordicies alues aris apuz. sordicies q̄ adheret parietib⁹ balneoꝝ: sed q sint ablata ⁊ mūdificata cū liriuio. ⁊ cōponantur cū fece olei antiqui ⁊ vino: ⁊ fiat empl'm: aut oleū aut vnguentū. Si autē fuerit in corpore⁹ duris: addatur euforbiū. stercus colūbinuz sulphur camilatū. calx extincta. assa. opoponaꝫ. serapiū. lac titimali. qm̄ pūctura nerui duri ficissim⁹ indiget: ⁊ potissime qñ est in ꝓfundo. Et vltimo fiat cauterium. Supponam⁹ enim q corpus sit mūdificatū cū flōia ⁊ farmacia ⁊ abstinētia ⁊ silibus. aliter de facili incurrēt spasmuz aut apostema ⁊ silia. nō fiāt igit̄ particularia nisi vniuersalia precesserint. sicut disteria ⁊ silia. Si aūt fuerit apostema in neruo: tūc valet ozob⁹: ⁊ farina fabarū: ⁊ ordei. ⁊ q cōficiātur cū aqua serapini ⁊ i fine ista abluātur cū vino cocto. Si autē fuerit dislocatio: quod cognoscitur quia ibi est elevatio aut ꝓfunditas. ⁊ qz mouere nō potest ⁊ qz differt a suo simili. qm̄ si ad oēs partes posset moueri nulla esset dislocatio. Et raro accidit simplex singularis: quin sit ibi vuln⁹ aut fractura: aut attritio: aut apostēa: aut punctfactio: aut similia. ⁊ tūc curatio dz esse ꝓpositra. Aliquādo enim est causa⁹ dolor q reponere nō audem⁹ in locū suū: ⁊ tūc stam⁹ vsq; ad tres dies. deinde os dislocatū repōatur in loco suo: ⁊ ponātur in ꝓprio situ. ⁊ reponēdo aliqñ auditur sonus. ⁊ fomentetur cū vino pontico ⁊ ligek. Si autem fuerit dislocatio ex nimia hūiditate lubricante tūcturas: tūc fiat cauterū: ⁊ empl'z desuper apponaꝫ q fit ex galla. ⁊ balaustia. ⁊ achacia. ⁊ nuce cipressi. ⁊ gūmi iuniperi. ⁊ modico castorei. Si aūt fuerit fractura in osse raro accidit sine aliqua ꝓpo

tione.qm̃ ibi est aliq̃ndo attritio: vul⁹
nus.dẽratio.apostema.fluxus hũor pu
tridor:& multa consimilia. q̃ oia opz dili
gẽter cõsiderare.hoc aũt facto pres fra
cte vniãtur.qz in puericia cõsolidãtur. ſz
cuz indurata sunt nã generat in circuitu
pozos. Ponam⁹ igit̃ ꝓprie verbi gra q̃
sit in tibia:tũc debem⁹ patientem in loco
ponere recũpinũ:& extẽdere ambas tibi⁹
as & equare.& fractã aliquãtulũ longio⁹
rem. ossa cim fracta nõ debem⁹ oino vni
re quomã sequeret dolor & fe. nec nimis
plõgare:qz sequeretur claudicatio. ſfiat
ergo vnio medio cris:& etiã vniẽdo red
datur pars pri & dens dẽti.cauẽdo q̃ de
osse cõminuto nihil intus remaneat. nec
remaneat aliqua cõcauitas qz ibi genera
retur putredo cozrũpens totũ membruz
hoc facto ligetur.& ligamentũ sit de pan
no lineo mũdo lato iuxta mẽbri dispositi
onem.& incipiat ligatio in medio fractu⁹
re & trahatur hinc inde ꝑ modum crucis
vna pars cõtra aliã:qz optime stringit lo
cũ.& in panno seu ligatura nõ sit aliqua
ruga.& duret tantũ q̃ occupet vel coopi
at aliquãtulũ de parte sana hinc inde. &
in fractura sit magis strictũ:& in pte sana
minus vt supfluitates possint supi⁹ cur
rere.& sit ligatura aliq̃tulũ dolorosa: aut
sit firma:& nõ trñ q̃ ex hoc humores pos
sint fluere ad locũ. deinde omni die ter
tia seu quarta remoueat ad videndũ lo⁹
cũ.si esset pruritus q̃ fomẽtetur cũ aqua
ca.donec incipiat rubescere.Et si indige
remus medicamine cõsolidatiuo: ponat⁹
nux ãpressi cũ vitriolo.deinde ligẽt & po
nantur plumaceoli duplicati vt ligamẽ
tum sit fort⁹.deinde assellas. aut ponat⁹
tibia aut brachiũ i vase ligneo admodũ
nauiculene ꝓpter aliquẽ motũ repenti⁹
num frangatur.qñ in dormiẽdo ꝓmgit
somniare & aliquãdo repente se mouere
& tunc nisi membrũ esset bene apodiatũ:
esset timendum de fractura.in fractura ti
biarũ supra lectum sit cozda pendẽs: vt
cũ vult aliquã partẽ cozporis mouere q̃
ibi se apodiet.& q̃ lectus sit ꝓpz⁹ cum
voluerit assellare:qz tũc essz magnũ peri
culũ:cũ oporteat ipsum iacere diebꝰ.xl.&
amplius.Detur cibus qui generet pozũ
sicut est vitulus lactans & asseatur frumẽ
tũ coctum & faba fracta & sikia:sed qz ista
cõstipant oz alia administrare.& ideo ra
tione accidentiũ frequẽter opz multa fa
cere ꝓtra naturã morboz. operemur igi
tur iuxta naturã morbi & accidẽtiũ & pri⁹
cule patientis. Si autem esset fractura
cranei:aut est cũ vulnere aut sine vulne
re.& cũ hoc aut est cũ lesione duremat⁹is
aut pie mat⁹is.& cũ hoc aut ꝓfusio aut in
cisio:aut perforatio.& cũ hoc aut est ma
gnum:aut est parũ.& ita de aljs differẽ
tijs accidẽtalib⁹.Et cognoscitur occulta
fractura:qz grauiter dormit:& grauit̃ ege
rit:& grauiter mingit:& cũ grauitate fran
git auelanam: & cum grauitate masticat
crustam.& si cozda lire teneatur in oze in⁹
ter dentes: & trahatur & percutiatur: cũ
grauitate sustinet.& semper fracturã cra
nei concomitatur febris & nausea. Et si
dura mater & pia mater fuerint lese tunc
est paſrenesis.rubor facei. eductio ocu⁹
lorũ.debilitas tot⁹ virtutis aĩalis. In
primis igitur fiat potio q̃ valet in vulne
ribus & plagis & fistula & cõsimilib⁹.℞.
agrimonie.pimpĩelle.betonice.verbene
cẽtauree maioris . sticados.saluie. pilo⁹
see.trium cõsolidarum.plãtaginis.sana⁹
munde.rubee maioris. caulilũ ru. pedis
colũbini.gallitrici.absinthij canaceti.lin⁹
gue auis.edẽ terrestris.fragarie buglos
se.gentiane.ista omnia vel maio⁹ ps con
terantur & bulliãt in vino albo. & addat̃
modicum mellis:& poter coridie . & si se,
est fortis accipiat in parua quantitate.&
si debilis in magna:quia mirabilia facit
in omni vulnere seu vlcere sordido.De⁹
inde apponatur istud empl⁹m supra cra⁹
neum fractum: & supra piam matrem et
duram cum lesa sunt.℞.piscis liquide ce
re.terrebentine.añ.lib.ß. liquefiãt simul.
& infundant̃ in acero & fortiter simul ma⁹
laxentur. Secundo iterꝝ liq̃fiat & proici⁹
atur in lacte mulieris aut vacce: & mala⁹
xetur fortiter. Tertio liquefiat & proici⁹
atur in succo betonice: & malaxetur for⁹
titer. Quarto iterum liquefiat & proi⁹
atur in succo centauree maioris : & ma
laxetur fortiter. Et tunc accipiatur vna
pars et supra fractum cranium appona
tur.et noli reuelare nisi dilectis .

Emplastrum magistri anselmi ianuensis

quo cõsolidatur cerebrũ ⁊ dẽ vulnus ea piris. Re rerebẽrime pres.ŷ. cere albe partẽ.i.liquefiat ad ignẽ. ꝓice sup colatoriũ ⁊ inferius si acetũ in qõ ista cadãt.cũ fuerit infrigidatum cõprime bene de aceto. Secãdo liquefiat vt supra: ⁊ cadat p colatoriũ sup succũ herbaꝝ betonice partes.ŷ.verbene ptem.i.incorpora cũ sueco vt melius poteris. Iteruꝝ liquefiat ⁊ cadat vt supra sup lac mulieris vel vaccę ita q̃ lac cooperiat totuꝝ:⁊ incorpora vt melius poteris.si nõ poteris habere succũ habeas de puluerib⁹ ⁊ fiet vt supra. Da beas ergo pãnum pforatũ in multis locis cum forficib⁹ ⁊ supra pannũ empl'm subtiliter pone vt sanies p ea transeat:⁊ craneo suppone leuiter ⁊ post tertiũ diẽ amoueas.si feret signũ cure est. amoue ⁊ iterũ repone ipsum idẽ vel de recenti. Et q̃ istud opus est difficile ⁊ periculosuꝝ ⁊ plixuꝝ:⁊ maiori solẽnitate indiget.ideo restauratorib⁹ derelin quo.

Clarificatio. Intelligendũ ẽ circa mãs precedẽtes q̃ in fracturis cõp erit subtilis dieta ⁊ fomentationes.sed dieta subtilis est dieta duplex.subtilis in passione sicut olera et pulli.subtilis in ratione que quantitatis sint: sunt assature:⁊ frumẽtũ coctũ cũ dãtur i parua quantitate. Et iõ si auctores dicũt q̃ subtilis dieta cõpetit. verum est quãtũ ad quãtitatẽ q̃m quãrum ad qualitatẽ in fracturis semp ꝓpetũr grossa:et ea que generãt chimũ grossuꝝ ⁊ viscosuꝝ Subtilis aũt in passione cõpetit p accidens.vt q̃ est cõstipatus: aut q̃ nõ põt digerere ratiõe ocij ⁊ quietis. ⁊ ꝓpter ꝟ ⁊ grossa cõpetũt in pua quãtitate. Secũdo notandũ q̃ mẽbroꝝ licet ab vtero q̃dã restaurentur sicut caro:⁊ quedã non sic alia:⁊ nũ p⁹ vteruꝫ vtrobiq; deficit agẽs generationis ⁊ mã.q̃ post vteruꝫ nec matrix nec didimi nec semẽ nec sanguis mẽstruus. Dico q̃ caro est superfluitas:⁊ q̃ supflua possunt restaurari sicut apparet in cauda stellionũ: ideo possunt restaurari.⁊ cũ hoc sanguis inuenitur sufficẽter in corpore.⁊ q̃ caro ex sanguie ⁊ ita sanguis:⁊ ꝟ sanguis iõ restaurari põt:semẽ aũtẽ nõ sic inuenitur:q̃ saltẽ in viris deficit locus generationis qui est matrix.⁊ in mulierib⁹ deficit semẽ virl. ⁊ q̃ radicalia loquẽdo medicinaliter nõ inuenũtur cũ oĩbus cõditionibus post vteruꝫ: q̃ ex seminib⁹ generãtur. ideo in etate pueritli si discõtinuenẽ bene vniunt̃.sed si substantia depdatur nunq̃: ⁊ cũ ꝟ etiã q̃ radicalia vrplurimũ sunt ffa ⁊ sicca ꝓter principalia ⁊ nobilia. principalia aũtẽ ⁊ nobilia si corꝝ substantia depdatur,ppẽ eorũ necessitatẽ ⁊ nobilitatẽ nũq̃ essent restaurata:pri⁹ essꝫ mors. Si sint alia tẽ sunt frigida ⁊ sicca : ⁊ ita deficit attractiua q̃ viget p calidũ.⁊ dissemínatiua q̃ requirit poros largos. ⁊ digestiua q̃ viget p calidũ ⁊ humidũ.⁊ ita non fit restauratio:q̃ oĩa deficiũt eis. Sꝫ caro hꝫ oĩa: ẽ enim ca.⁊ hu.⁊ ita nihil sibi deficit;quare omni tpe posset restaurari: ⁊ forte etiam daro q̃ esset ex seminib⁹ ꝓmis ꝑm cõditiones datas. Tertio notãdum q̃ mẽbroꝝ quedã sunt humida hũiditate naturali:⁊ quedã accidẽtali.tũc si vuln⁹ fuerit in mẽbro hũido naturaliter:facili⁹ curat̃ q̃ in sicco.⁊ si in hũido accidẽtali. tardi⁹ sicut in ydropicis:vulnera igit̃ facili⁹ curantur in mẽbro humido naturaliter q̃ in sicco;ꝓpter copiã nutrimẽti. Quarto aduerrẽdum q̃ in solutione cõtinuitatis paulatine sicut si aliquis cũ acub⁹ pũgeretur:maior est dolor q̃ si fieret subito ẽt si totũ membꝝ trũcaretur. Et ratio dictorũ est:q̃m ꝑm Bal.in de morboꝝ:in solutione cõtinuitatis nõ est dolor nisi in fieri ⁊ q̃n fit subito cito trãsit illud fieri.⁊ ideo nõ est dolor quantũ est ex illo.sed in illis q̃ fiunt paulatine ⁊ ꝓtinuant̃ ꝓtinue est fieri ⁊ actio ⁊ passio.⁊ ideo minor dolor.

Capl'm.xxvij.de fluxu sanguinis immoderato.

Fluxus sanguinis immoderat⁹ venit aliq̃n ꝓpter vulnus ⁊ similia extrinseca:lꝫ sit dictũ tamẽ breuiter trãseam⁹. Aliq̃n fluxus san.est modicus ita q̃ sufficit digitũ apponere:vel pãnũ lineũ intinctũ i aq̃ frigida:aut acero ⁊ aq̃ ffa aut in aqua ro.aut stupe canabine intincte i albumĩe ouoꝝ.aut rasura pãni linei. aut tela aranea,aut mica panis, Aliq̃n aũm

vulñ est magnū: aut qz vēa magna: aut arteria incise sunt: vt dictū est. ⁊ tūc tenetur dīgit⁹ aut pānus lineꝰ tinctꝰ in aq̄ frigida. aut obturet aliquo igenio dicto donec medicamē sit cōpositū. qz raro inueniunt q medicamina sint prōpta. ⁊ rñ sanguis ē nimꝰ ita q si est de arteria est subtilis clarus: ⁊ venit saltādo ⁊ cū impetu modo supius: modo inferius mō dextrorsum: mō sinistrorsuz. in venis nō sic: ⁊ est grossus. Apponaꝯ igiꝯ medicamē qđ dictū est. s. de aloe. ⁊ thure ⁊ mastice. ⁊ sanguine dra. ⁊ bolo armenico. ⁊ pīl. leporis munutissime tritis. ⁊ cōficiāt̄ cū albumine ouoꝝ: ⁊ dēsuper apponaꝯ. ⁊ in secūda appositione nō remoueaꝯ primū qz timendū esset de apertione. ⁊ si fieret fiat paulatine ⁊ cū cautela. Si aut̄ non possit restrīgi fiat̄ cauterizeꝯ locus cū ferro ignito. ⁊ si timeat ignē patiēs cauterizetur cū mirra ⁊ aloe. ⁊ attramēto. et calce viua et sanguine dra. De alijs aūt fluxib⁹ sanguinis loq̄mur in capīs suis Intelligendū q ab⁹ tēperat⁹ ⁊ caro an malis generat carnē. māliter vt dictū est pili lepozini. ⁊ alia medicamina effectiue abstergēdo. desiccādo. mūdificādo. superfluum remouēdo. cōplexionē tēperādo. fluxui restrictēdo: pfortando. cauterizādo. cōstrīgēdo. opilādo. ⁊ ita de alijs. Preterea notandum q inclusione facta nō in eodē instāti fuit sanguis. qz calor ⁊ spūs refugiūt ad interiora. Et ideo multi vulnerati nō credūt esse vulnerati: imo nō sentiunt. sed aliqua mora facta modica calor ⁊ sanguis currit ad apertū locū ⁊ fit fluxus. Nota q calida in quarto possunt restringere sanguinē cauterizando.

Capīm. xxviij. de morbis vnguiū sicut est panaricū spasmꝰ lepzositas vnguius albedo maculosa feda citrinitas scissura ⁊ similia.

Anaricium ē apostema caliduz doloroſum in radice vnguis. aliqñ cū vlcere. aliquādo cum sanie virulēta. ⁊ tūc nō caret digitus periculo. Dicta igiꝯ subtilis adhibeaꝯ: deinde flōia: pꝰ farmacia. Corpore igiꝯ mūdificato a principio fiat emplastrū cū mucillagine psilij facta in aq̄ ro. ⁊ opio ⁊ camphora. ⁊ farina ordei. et aceto. In augmēto aut ē illiniaꝯ locꝰ cū fordicie auris. ⁊ in ſtam cuz mucillagine psilij facto cū lacte. ⁊ in fine ſtamus pforetur cū acu. ⁊ in declinatione medicēꝯ cuz farina lupinoꝝ ⁊ melle. Et si essz ibi vlc⁹ curet̄ cū aloe. thure ⁊ arsenico. Et si essz fissura in vnguib⁹ illiniaꝯ cuz mastice dissoluto in oleo sisamino. Et si essz spasmꝰ citrinitas ⁊ lepzositas in vnguib⁹. Corpore a melīa mūdificato inungaꝯ cū adipe galline ⁊ oleo sisamino. deinde radaꝯ cū vitro. deinde emplastreꝯ cū semine lini ⁊ gūmi cāpsi. Et si volumꝰ q vngues cadāt inunganꝯ cū oleo ⁊ alleis: aut cum sulphure arsenico ⁊ aceto. Et si ex attritione sanguis niger mortificatꝰ fuerit subtus vnguē: pforeꝯ suauiter vnguis cum acu: ⁊ mittaꝯ sanguis fluere. Deinde fomenterur cū vino albo ⁊ camomilla. Et si in vnguib⁹ fuerit albedo enormis maculosa: illiniantur cū nuce cipressi ⁊ farina lupinoꝝ ⁊ aceto. Et si esset citrinitas fiat cū aceto ⁊ oleo de eruca.

Clarificatio. Intelligendū q vngues sunt ex superfluitatib⁹ cordis. ⁊ nō vngues sunt quasi emūctoria cordis. Et nihilominꝰ in panaricio cōperunt repercussiua sicut in alijs apostematib⁹ ⁊ plus: qz sunt in loco multum sensibili. ⁊ ideo est magnꝰ dolor. ꝙre etiā nō solū frigida cōperūt sed etiā narcotica. nec materia est ita venenosa licet calꝝ multū quin cōperant repercussiua. Licet igitur vergat ad liuoꝛem ad virozē ⁊ nigredinē. plus tñ fit hoc ex dispositiōe loci q̄ ex malicia materie. quānum est igitur de nā panariciꝝ mā nō est ita adusta quin repercussiua possint cōperire. nec qz emūctoriū: qm̄ causata ē distātia vsqꝫ ad cor. qz maꝛia pōr ee pſumpta euaporata eroulsa ita q nocumentuz nō veniet ad cor. Nō est igiꝯ timendū de malicia materie intrantū quin a principio bene possit cōperire flōia de pre opposita: ⁊ ḡn repercussiua apponāt̄. Vlcꝛ est q cū materie regiꝯ efficaꝯ virulēta. ⁊ tūc bene essz timendū de digiti amissione. Secūdo intelligendū q dētes ⁊ ossa sunt ex simis ossium nō quo ad materiā primā radicalē sed similitudinarie. qz generant̄ ex mā

groſſa terrea. Et iuxta hoc ſciendū q̄ vn
gues generātur in extremitatib⁹ pedu⁹
& manuū: q⁹ ibi vene & arterie terminant
& ſunt in extremitatib⁹ quibuſdā aī alib⁹
loco armoꝝ: vt in auib⁹. & in hoīb⁹ vt
poſſint ſe ſcalpere & minuta poſſint cape
re: & vt digiti ſint fortiores. Et ideo quā
do vngues ſunt groſſi & rudes hominē
rudē & idignū ſignāt. q̄m humores groſ
ſi in cor⁹poꝝib⁹ eoꝝ abūdant. & ſi ſint ſub
tiles contrarium ſignat.

Capitulū .xxix. de incendio ignis & aq̄
calide.

Corpus humanū aduritur & cōburit aliquā
do cū igne. aliquādo cum oleo feruēti. aliq̄n cū aqua bullīēte. & ita
de aliis. dicta igit̄ ſit ſubtilis: & fiat ſōia
ſi pticularia cōueniant. Dei nde inungat̄
cū friis ſicut eſt populeon aut vnguētum
citri nū. q̄m aliq̄ non ſunt veſice & aliq̄
ſunt. aliq̄n ſunt cum vulnere: & aliq̄n nō
Q̄n nō eſt vuln⁹ ponātur frigida & hūi
da. & q̄n ē vuln⁹ ponant̄ ffa & ſicca. Da
terialia aūt illoꝝ poſſunt eē bombax. ſtu
pa canapina. pānus line⁹. lana abluta.
pānus de ſerico: & ſil'ia cū intingūtur cuꝝ
liquidis. & iſta ſunt hmōi. aqua ffa. acetū
aq̄ ro. oleū ro. ſuccus ſempuiue. & lactuc.
& endō. & plātagis. & porrul'. ſemen mirti.
ceruſa. bolus armēie⁹. chimolea. cāphoꝝ
ra: albumen ouoꝝ & ſil'ia. & intingat̄ igit̄
pānus in vno ex iſtis aut in multis: deſu
per apponātur & frequēter innouent̄.

Clarificatio. Circa iſtā materiaꝝ
intelligendū q⁹ cuꝝ
aliquis cōbuſſit ſibi digitū cū cādela et
ſimilibus: tūc docuit experimentū q⁹ ſi di
gitus ponat̄ in aqua ffa tūc augmētatur
dolor: q⁹ pres aduſte retinētur. & ſi pona
tur tēperate ad ignē ſedat̄ paulatine do
lor: q̄m partes aduſte expalāt. Ex his poſ
ſumus dicere caurelam q⁹ populeon et
alia frigida nō apponātur actu ffa ſꝫ re
pida: & tūc facta ſunt anodina. Anodina
aūt ſunt ea q̄ ſumme dolorē mitigāt. & iō
talia ſunt iuuatiua q⁹ ratione ſue actuali
tatis reſoluunt: & ratione ſue ỹutis alte
rāt: & ita remouēt igneitatē. Secūdo in
telligendū q⁹ calidū ꝟ tripliceē effectum
cū eniꝫ agit tēperate calefaciēdo digerē
do tūc dealbat. & ſi vlter⁹ augmentet̄ et
fortificetur et aduratur tunc mortificat
et denigrat. et ſi vlterius fortificetur
tunc incinerando dealbat. Tertio no
tandum q⁹ oleū licet nō cōpereret in an
trace; pranto q⁹ inflāmaret̄ ex hoc q⁹ ab
intus color affixus ēmihilomin⁹ ī cōbu
ſtionib⁹ poſſet cōpetere: potiſſime ro. &
nō inflāmaret̄: q⁹ talis ignis vola tilis ē
& quaſi ab extra. Quarto aduertēdū q̄m
calida bene poſſunt cōperere: potiſſime
q̄n locus eſt vlcerat⁹. & iō calx abluta cū
multis aquis frigidis & dulcib⁹ & poſtea
cū oleo ro. valet.

Capl'm .xxx. ō vlceribꝫ & ragadiꝫ manu

Cera et fiſſure ali
v quādo veniūt in extremita
tibus ex mā frangēre: vel ex
aliqua attritione: vel ex ſorulari & ſimili
bus. & defacili curāt̄ cū vnguēto fuſco
& citrino & aſſungiꝫ. & aq̄ ca. Si aūt fue
rint ab interioꝝib⁹: aut ex co. adusta vel
mel'ita. tūc opꝫ mūdificare cor⁹pus & die
tā cōgruam ordinare. Hoc facto ad pti
cularia veniam⁹ ex quibuſcūq; fuerint. ſi
ant igit̄ fomētationes cū aqua ca. frequē
ter & multis vicib⁹. Mālia aūt vnguē
toꝝ ſunt iſta. medulla vitulli & cerui. aſſū
gia gallina cea. porcīa. anſerina. anetrina
ceruſa abluta. litargir̄. catimia lota. cōtex
maloꝝ granatoꝝ. ſumac. acacia. oleū ro.
dragagantū. gūmi arabic̄. infuſoꝝ. oleuꝫ
ſiſaminū. oleū amigdō. dul. ſepū hirci liq̄
factū. cera al. ſuccus liquir̄. & ſil'ia.

Clarificatio. Intelligendū q⁹ aca
cia eſt frigida & ſicca
& eſt multū reſtrictiua cōglutinatiua & de
ſiccatiua. & iō ſi ragadie fuerint cū calore
mul. ū valet q⁹ infrigidat. & ita valet con
tra accidēs & deſiccat & conglutinat. & ita
valet ꝺ vlcus. Si autez iſte fiſſure eſſent
cū magna frigiditate: tūc p ſe nō cōpere
ret niſi cum multis aliis ponerēt. & ita di
uerſis modis vtrobiq; poteſt poni. Se
cūdo notandū q⁹ mel'ita p ſe non vlcerat:
q⁹ ñ penetrat nec ſepar: nec rōne ſue ſub
ſtātie: nec ratiōe qualitatū ſed p accidēs
q⁹ aduritur: aut q⁹ cōp⁹imit: aut extēdit
aut priuat opilādo. Quare in talib⁹ mul

ñ confert ipsam eius cure cū chimo ⁊ fero capitino. Postea q̄ritur de vngu̇bus vtrū fuerint ex mā ossiu̇z. qđ sic videt̄ p Auic. q̄rtum ñ sic. pbatur. ossa sunt ortа ex spmate: quare si deperdant̄ nō restaurā tur. sed vngues pdire restaurātur: quare nō sunt ex spmate. Dico ꝙ eē ex mā ossiū tripler est. vel esse ex cade mā ex qua ossa vel esse ex superfluo nutrimēto ossiu̇z. vt eē ex cōsimili ⁊ vniformi nutrimēto. Et isto vltimo mō dicit Auic. dentes ⁊ vngues esse ex mā ossium et quod sic est ex materia ossium si perdatur bene restaurat̄ vel regenerat̄. Itē querit̄ si vngues habeant aliqđ regimen. ꝙ sic videt̄: qm̄ oē qđ augmentat̄ ⁊ nutrit̄ hꝫ virtutē p quā attrahit nutrimentū. vngues sunt hmōi Cōtrarium habet̄ a Bal. in regni dicente ꝙ vnguiū nullū est regimē. qđ cōcedo Ad argumentū ñ in cōtrarium qđ erat qđ augmentatur. Dico ꝙ augmētari dicitur tripliciter. ꝑm latū: longū ⁊ ꝓfundū ꝑm trinā dimensionē. Et qđ sic augmentatur hꝫ virtutē regenē. sed vngues nō augmentantur nisi ꝑm longum. vnde est ibi augmentuz agregationis sicut est in acervo lapidū. ⁊ ideo ñ exigit̄ ꝙ fit ibi regimē. Itē queritur quare vngues habēt esse in extremitatib⁹. Itē querit̄ q̄re magis sunt exterius q̄ interi⁹. Itē q̄rit̄ quare p vngues apprehēdimus ꝑm ꝙ dicit subtilitatē ingenij vel grossitiem. Ad primum questū dico ꝙ vngues in extremitatibus ꝓut dicit Auic. sunt ⁊ coll ocāt quatuor de causis. vna est vt sint fortiores. secūda est vt ipsis mediātibus subtilia vt pili fila ⁊ similia possint apprehendi. Tertia est vt cū ipsis possint se hoies scalpere. Quarta est vt sint defensorium sicut patet in auibus. Ad aliud dico ꝙ sunt exterius: qz pars exterior magis est passibilis q̄ interior ⁊ ideo magis indiget defensorio aliquo. Ad tertiū ⁊ quartum dico ꝙ vngues causantur a superfluitatibus cordis ⁊ humores subtiles causa sunt ingenij subtilis. ⁊ grossi humores causa sunt ingenij grossi. vnde si vngues sint grosse signāt grossos hūores. si sint subtiles signant subtiles esse humores. Et ita per vngues ex consequēti apprehendimus alicuius ingenium esse grossum vel subtile. Sūt aūt in extremitatibus manuū ⁊ pedū potius: quia arterie exeūtes a corde ibi terminātur ipsos vngues liquidē generātes. Cōsequenter queritur de panaricio ꝙ est apostema accidens in ipis vnguib⁹: vtrū debeat medicari sicut alia apostemata. primo apponenda repercussiua. ⁊ sic deinceps ad ꝟ respōdeo ⁊ dico ꝙ sic: cū sit valde calidū apostema inferēs magnū dolorē ꝓpter temperātā carnis quē ibi est. quare magis sensibilis est. Quarto queritur quare caro p aduſtionez habeat dealbari. qz dicit Auic. ꝙ calidū agēs in humidū denigrat ipsuz. agēs in siccū dealbat. ergo cum caro sit humida potius deberet denigrari a calido q̄ dalbari. Dico ꝟ ipsius ignis triplex est effect⁹. primus est dealbare. secūdus vero vrere. tertius ē in cinerare. vnde dico post q̄ caro decoquitur remanet alba. Ad argumentū in contrarium ꝙ est calidū agens in humidum ⁊c. dico ꝙ verū est si agat adurādo: sed si decoquēdo dealbat. Itez quer it̄ qđ istorum faciat maiorē impressionē aut aqua ca. aut ignis carbo. ⁊ qđ ignis carbo videtur cū calidū existēs in grossa mā vt in ferro vehemēt⁹ ipsimat. sed carbo grossior est q̄ sit aqua ca. igit̄ calor ī igne fortius est ⁊ magis imprimit q̄ in aq̄. cōtrarium ñ pz. Dico ad hoc ꝙ in depressiōe facta a calido possum⁹ loqui dupliciter. aut qualitatiue ⁊ sic maior fit ab igne. aut q̄titatiue ⁊ sic maior fit ab aqua: qz subtilior ē ⁊ pfundius penetrat. Itez q̄ritur de cura ⁊ prio vtz cōperat oleū ro. qđ ñ videt̄ qz hꝫ inflāmare: ⁊ ideo nō cōpetit in herisipilato mēbro. Ꝟium habetur in litrera. Dico ꝙ cōpetit ad illud q̄ obicis ī contrariū ꝙ nō cōpetit in herisipila. dico ꝙ nō est simile: qz in herisipila calor ē adunatus. vnde oleum appositū magis inflammaret. sed ad cōbustionem calor tā recessit: ⁊ ideo ibi nō inflammat sꝫ mitigat. Iterū dicit Auic. ꝙ calx cōpetit. Cōtra quod habet magis vlcerare non cōpetit: calx est huiusmodi igitur ⁊c. Dico ꝙ calx dupliciter accipitur: aut ꝓut calx non est extincta: aut ꝓout calx est extincta ⁊ ablata. ⁊ isto vltimo modo mixta cum oleo competit. ⁊ non primo modo.

Quarto queritur de ragadijs siue fissuris. ⁊ primo querit̄ si iter agentib⁹ cōpetat ablutio pedū cū aqua ca. ⁊ post inungere. ⁊ qđ sic videt̄ p Auic̄. Primum videt̄ q⁹ nihil ꝙ remollit neruos cōpetit ablutio ⁊ inunctio sz hmōi. Dico ad ꝟ ablutio ⁊ inunctio duob⁹ modis cōsiderant̄ aut quātuz ad modū ⁊ sic nō cōpetūt q⁹ remollitūt neruos. aut quātū ad ifrigidationē aeris ⁊ sic cōpetūt q⁹ vlcerato pedū cū aqua ca. trahit calorē ⁊ spūs ad extremitates. ⁊ postmodū cū vnguētis opitulatur interius calor naturalis: ⁊ sic phibetur introitꝰ frigiditatis ipsius aeris.

Jrē querit̄ de stupore pedū facto a frigiditate si cōperat ablutio in aqua calda vel frigida: nō in calda sicut volunt auctores. Dico ad hoc ꝙ cōpetit in aqua frigida ablutio si nā fuerit fortis: eo ꝙ calor naturalis interi⁹ ꝟfortatur: ⁊ cōfortatus humorē cōgelatū dissoluit. sicut apparet in fructib⁹ cōgelatis qui positi sunt in aq̄ frigida dēcōgelant̄ rōne predicta. sed in aqua calida positi illa caliditas naturalē exalaret quare ⁊c. Jterū querit̄ si ignis nocet in stupore manuū ⁊ pedū: q⁹ videt̄ ꝙ deberet adiuuare: q⁹ cura fit p̄ contrariū Dico ꝙ ignis noceret: q⁹ subito humorē cōgelatū dissolueret ⁊ maiorē dolorē faceret: q⁹ frigiditas intenderet̄: sicut patz in degelatione gelu vel niuis ⁊ ideo melius est ꝙ a longe paulatim mēbra a frigido stupido calefiant: vt sic paulatim ⁊ nō subito illi humores ꝺgelati dissoluētur ⁊ calefiant. Jterū queritur quib⁹ cōpetat in estate abluere man⁹ ⁊ pedes cū aq̄ frigida. ⁊ quib⁹ cū aqua ca. Dico ꝙ habētibus rarā habitudinez cōpetit abluere cū frigida: vt calor interi⁹ includat̄ ⁊ retineatur. q⁹ satis a calore extraneo exalat habētibus vero spissaz habitudinē ⁊ cōpactā ꝺpetit abluere cū ca. vt sic calor includatur ⁊ exalet ⁊ euaporet. Sed tūc queritur quare si aliquis aduratur cōpetit calefactio mēbri adusti. qđ nō videt̄: q⁹ qđ est cā doloris nō est eius cura. Jrrarium ꝟ vulgares. Dico ꝙ cōpetit calefactō q⁹ ꝓpter calorē seu adustionē cutis indurata est: ⁊ calor est inclusus faciens dolorē. sz p calefactionē cutis reducitur: ⁊ sic calor inclusus exalat, vel pōt dici ⁊ melius ꝙ attrahit tanꝙ a suo simili. Ultimo queritur ꝺ ragadijs quō a frigido habēt generari. ⁊ videt̄ esse falsuz. q⁹ nihil ꝙ ꝟ ꝟstringere ꝟ facere solutionē cōtinuitatis. frigiditas est hmōi. ergo frigiditas nō ꝟ facere solutionē cōtinuitatis. Cōtrarium tñ ponit viaticus. Dico ꝙ frigiditas duos ꝟ effect⁹ inducere. vn⁹ ē cō ſtringere partes intermedias: ⁊ quo ad hoc nō facit ragadias sine solutione cōtinuitatis. Sed alia via facit solutionez cōtinuitatis siue ragadias scilicet nimis a circunferentia versus centrum compri mando.

Capitulū. xxxi. de iter agentibus:

Mrelligēdū quod

quicūq; facturus est longas itinerationes: aut trā sire maria: aut ire ad bella: aut quocūq; loco vel modo se debeat exercere in morib⁹ violentis agonisticis: sicut sunt mor⁹ bellico si. debet se primo purgare: ⁊ cor⁹ mūdificare cū flōtia ⁊ farmacia ⁊ balneis ⁊ abſtinētia ⁊ ſiſtitudinib⁹: vt exercitiū inueniat ipsuz mūdū. aliter timendū est de se. ꝺ apostemate. de nimio fluxu. de ruptura vene. Secūdo ꝺz se premunire cū h⁹s q̄ aeri ⁊ sitī ⁊ accidētibus repugnāt. Jn rē poze igitur calido ⁊ in regione calida sitis hoīem multū agrauat. fiant aūt pillule quas teneat sub ligua. ℞. succi vue acerbe acetose. succi malagranati. ficci sumitatū papaueris aā. succi portul. añ. lib. ℈. misceant̄ ⁊ ponātur in vase donec faciat residentiā. ⁊ tunc aqua q̄ supnatat ponatur ad partē: ⁊ qđ residet cōficiat̄ cum modico ꝺ succo ad solē vel supra cineres calidos ⁊ fiant pillule. ⁊ teneantur sub lingua. ⁊ tertia pars liquida sirupetur cum zuccaro. ⁊ in tempore magni estus cum aqua frigida ꝺbeat̄. vel potest vti istis electis. ℞. diadraganti frigidi. diapapaueris. zuccari ro. zuccari viol. trisandal. aā. ʒ. ij. ⁊ scilicet misceantur. vel fiant pillule tales. ℞. quarum⁹ se. frī. mund. semen papaueris albi. succi liquir. diadraganti infusi. semen portul. aā. cōficiantur cū sirupo nenuphar. ⁊ fiāt pillule. vtrāq; ēt sirupo limonū cū aq̄ ffa. aut sirupo nenu-

phaſ. aut ꝙſ. aut rō. aut ſirupo acetoſo aut ſiru. ribes: ſi ribes inueniatur in regione ꝓcur inuenitur in regione. Acon. aut ſirupus factus de acetoſitate citrina gulozum. ⁊ ita de alijs fructib⁹ acetoſis aromaticis. Illud etiā ꝙ ſumme ſedat ſitim eſt ꝙ accipiat aquā fontis frigidam ⁊ ponat paꝝ aceti mundi dari. aut vini maloꝝ granatoꝝ ⁊ modicum de zuccāo: aut ſola cū magnis hauſtibus ſorbeaſ: ⁊ q⁹ pect⁹ ⁊ caput ſupcaleſiūt tūc ℞. olei ɔ ſalciab⁹. olei nenuphaſ. olei ro. olei ɔ papaueſ. olei cū demucillagine pſillij. miſceaſ ⁊ inungaſ pectus ⁊ caput. aut cera al. nona malaxeſ in his oleis: ⁊ fiat emplm pectori. aut ſupra partē anteriozeꝫ captis apponaſ. cooperiaſ igiſ caput ⁊ alia ſic decet. Si aliquis dꝫ in hieme itinerare p loca niuoſa ⁊ vētoſa tūc inungat pect⁹ cū arogon ⁊ marciaton: ⁊ comedat aſſa cū foeni allitata ⁊ vino puro. ⁊ vtaſ iſtis elect̄ijs. ℞. diacrion pipeon. diamēre. diantos cū modico pliris duplicato cum muſco. diamboa. ⁊ ſiſia aromatica. Et ſi ſit paup. quolibet mane tranſgluciat tria grana piperis integra. aut tria grana thuris. aut ſex folia menthe. aut abſinthij. ⁊ odozet pp reuma laudanū. ambraꝫ. thus. ⁊ muſcū. ⁊ ſimilia. aut fiat pomū. aut ponaſ in aqua ⁊ recipiat fumū. aut ſupra carbones. ⁊ pelles ſint vulpine. Et ſi incedat pedicādo tūc de nocte abluat pedes cū aqua ſalſa calida. ⁊ teneat diu ibidem. ⁊ cū deſiccati fuerint inūgat pedes ⁊ iunctural⁹ ⁊ piconeon cū mixtura facta de ſepo hircino. butiro. ⁊ aſſungia gallina cocta liquefacta. ⁊ modico oleo de caſtoreo. Si aūt nimis cenauerit incedat in craſtinū paulatine: ⁊ nō comedat niſi crā pula ſit digeſta. Si aūt de mane crapulauerit cuomat ⁊ dormiat multū. Si aūt nimiū potauerit ⁊ nō pōt dormire: fricētur reſtriuali cū ſale ⁊ aceto: ⁊ ſumat folia caulū: aut trūcum: aut ſuccū. Et ſi iuerit equitādo talis pōt melꝰ dietā ſeruare. Nullo igiſ modo ſtomaco ingurgitato audeat aliqs eſtare. qm̄ tm̄ idū ē ɔ dolōe capit̄. ⁊ nauſea ⁊ fluxu vētriſ. ⁊ roſiōe. ⁊ dolore ſtomaci. ⁊ indigeſtione. Et de mane igiſ cū ſurrexerit vadat paulatine donec ſupfluitates digeſtiuaꝫ ſint exꝑulſe. ⁊ poſtea cētet paꝝ cibi ⁊ potꝰ ſumat. et cū hoſpitat⁹ fuerit ſumat cibū ſibi neceſſarium. quare ⁊ naturaliter maioꝝ quātitas cibi deberet ſumi die ſecundo. Si āt itinerantes fuerint cōſtipati: vtaſ iſtis elect̄ijs vno aut plurib⁹. ſ. diaboꝝ. diaſene catartici imperialis. triferā ſaracenicā. diaprunis. opilaxatiui. elim̄ dulcis. ſtōticon laxatiū. diaturbith. Itinerātes etiā cōſt loquēdo iſto puluē pūrti in ſalſa mētis ℞. ʒ ii. albiſſimi. lib. ß. cinamōi optimi. ʒ. iiij. gariofil. nuciſmuſ. ſpicanaſ. aā. ʒ. i. panis zuccāi. ʒ. i. ⁊.). fiat puluis ⁊ ponaſ in ſacculo de aluta. Si aūt laxatiū facere voluerim⁹: addam⁹ pul. foliozꝫ ſene. epithi. polipod. Si aūt eſſet nimis laxus comedat pira aīa cibū. aut cocrana. ⁊ ita de alijs fructib⁹ ſtipticis. aut vtaſ caſeo recenti ſine ſale. aut aliquo coagulo. aut caſeus bulliat in aqua dulci multis vicib⁹ donec ſalſedo fuerit amota: ⁊ fortiſſime conſtringit. Si aūt fuerit in mari eligat quantū erit poſſibile locū longinquū a ſentina ⁊ ab omni ſorde: ⁊ ſtet in aere frigidiori ⁊ altiori quātū erit poſſibile. ⁊ ſi de facili nauſeet: teneat ſe ad columnā et odoret panē aſſum cū aceto. Et ſi aqua ē corrupta cuemet⁹ ⁊ cū aceto ſumaſ. ⁊ ſi ɔficiat: aqua marina tranſeat p arenā mlt̄ vicib⁹ ⁊ efficiſ dulcis. aut bulliat in caca bo: ⁊ lintеamē mundū ponaſ ſup fumum ⁊ poſtea exꝑimaſ ⁊ erit dulcis. aut diſtilleſ p alābicū ſuauiter ⁊ erit dulcis. Carnes ſalſe ſint bis cocte in aqua dulci aquā remouēdo dimittat legumia ⁊ vtaſ brodio. ſumat valde paꝝ de cibo ⁊ potu ⁊ dīs ibs dirigat in trāquillitate. Si āt fuerit in exercitu tūc tentoriū ⁊ regimen medicoꝝ ⁊ reſtauratoꝝ. ſ. cirurgicoꝝ ſp. ſunt in altiori loco ⁊ in eminētiori ⁊ ex p te venti melioris. ⁊ nullo mō ponat ſe in parte inferiori exercit⁹: qm̄ ibi curr̄it ſup fluitates: eligaſ igiſ bon⁹ aer ſine omni feroze cadauez: aut alicuꝰ alteri⁹ rei. In eſtate igiſ vertaſ tētoriū verſus ſeptētrionem. in hieme verſus meridiē. Et medicus dꝫ eſſe diligēs ad cōſiderādū oīa illa pp que venīt egritudines in exercitu ⁊ illa aduertere dꝫ quātū pōt. illa aūt ſūt aut ex tēp⁹ epidimiale caliditū ⁊ humiditū pluuioſuꝫ. inſtitudo cadauez nō ſepto-

rum.multitudo mucū.vel cauliū. vel ma-
larū arboꝝ ⁊ plantaꝝ.⁊ multitudo repti
lium.⁊ multitudo paludū.⁊ similiū. dñs.
añr det pacē in diebꝫ nostris. qñ iam ē
initiū magnaꝝ tribulationuꝫ. De multis
añr generalibꝫ ꝓtermittimꝫ: qñ intrēdi-
mus ꝑ dei gratiā sanitatis regimē ordi-
nare:⁊ illa que dimisimus ibidem appo
nemus.

Clarificatio. Intelligēdū ꝙ bal-
neū aque dulcis ca-
nec in toto nec in ꝓtenec ablutio pedu
cōpetit itinerātib. qñ oia ista mollificāt
neruos:⁊ ita impediūt motū ⁊ ꝓparant
vt pedes recipiāt supfluitates. ꝫ ablutō
⁊ fomētatio pedū in aqua multum salsa
bene ꝓpert. Et si iuuenis carnosus fati
gat ex via ⁊ labore ⁊ calore in estate in
ueniret flumē mundū dar: si piceret se i
flumine ⁊ natarer:tūc infrigidaret ⁊ mi-
tigaret sitis ⁊ fatigatio:⁊ calor naturalis
cōfortaret.sicut declarauim. r°. de inge-
nio. Secūdo notandū ꝙ cū aliquis trā
siuit ꝑ loca vinosa aliqñ pañ stupore
in extremitatibꝫ ⁊ quādā insensibilitatez
⁊ tūc cauendū ꝙ nō approximet subito
aque calide aut igni.qñ magnus dolor
causaret in radicibꝫ unguiū:cū mala cō-
plexio equalis fiat diuersa. Et cām huiꝫ
ostendimꝫ i lib°. Bal. de mala cōplexiōe
diuersa. Tūc ergo melius est vt ponatur
in aqua quasi frigida vel tēpori vicina:
vel in sinu vel longe ab igne. vt non fiat
subita mutatio. Tertio notandū ꝙ licet
in estate debeamꝫ manꝫ abluere cū aqua
frigida:⁊ in hieme cū ca. nihilominꝫ hoī
nes rari debēt semp abluere cū aqua fri
gida.⁊ habentes pozos densos cum ca
lida

Explicit prima pticula bñdictꝫ
deus in secula Amen.

Incipit particula secūda i qua tractat
de oībꝫ egritudinibꝫ cerebri vsqꝫ ad egri
tudines oculoꝝ. Et cōtinet. xxx. capla.

Capitulū primū de allopicia.
Capl'm.ij. de casu capilloꝝ.
Capitulū.iij. ꝺ aspitare capilloꝝ.
Capl'm.iiij. de cantie vel apparatu vel
ornatu capilloꝝ.
Capl'm.v. de furfuribꝫ capillorū.
Capl'm.vi. de pustulis capitis.
Capitulū.vij. de fauo.
Capitulū.viij. de tinea.
Capl'm.ix. de pediculis.
Capl'm.x. de dolore capitis.
Capitulū.xi. de vertigine ⁊ scotomia.
Capl'm.xij. de litargia.
Capl'm.xiij. de memoria corrupta.
Capl'm.xiiij. de cōgelatione.
Capl'm.xv. de somno nō naturali.
Capl'm.xvi. de stupore.
Capl'm.xvij. de vigilijs.
Capl'm.xviij. de mania ⁊ melēcolia.
Capl'm.xix. de amore qui Heos dicitur.
Capl'm.xx. de ebrietate.
Capl'm.xxi. de freneſi.
Capl'm.xxij. de sternutatiōe.
Capl'm.xxiij. de incubo.
Capl'm.xxiiij. de epilentia.
Capl'm.xxv. de apoplexia.
Capl'm.xxvi. de paralisi.
Capl'm.xxvij. de spasmo:
Capl'm.xxviij. de tremore.
Capl'm.xxix. de sectigatiōe.
Capl'm.xxx. de rotura.

Capl'm primum de allopicia.

Allopicia ēca 4
sus capilloꝝ cū vlceri
bus siue squamis et
furfuribus.

Cause. Humo-
res corru
pti infecti sunt cā huiꝫ passiōis.qñ trun
cāt vaporē ex q̄ capilli deberet gñari.sic̄
est sanguis.cola.flegma.melia. Et iō ipse
ramꝫ B de gñatione capilloꝝ ⁊ nā eoꝝ.
dem. Capilli ergo ē vapor siccus a corpe
resolutus. cum per poꝝos egreditur in
longum ⁊ rotundum est protensus ⁊ ab
aere desiccat. Cause autē capilloꝝ sūt q̄
tuor. causa.f.efficiens:⁊ hec est calor re
soluens materiā in vaporē.⁊ iō homines
frigidi sunt imberbes ⁊ cuꝝ paucitate pi

lor. ⁊ pp hoc etiã ꝺ facili cadũr in ſenib⁹ qñ etiã caliditas nimis eruberat facẽ ad caſum capilloꝝ.qñ calidũ fore cõſumit vaporẽ ⁊ exalare facit:⁊ dilatat poros i tantũ ꝙ vapor dilaturi nõ põt. Et iõ homines colici et qui habẽt prẽ anteriores cerebri ca.⁊ ſic de facili incurrũt caluicies in iuuẽtute. Cauſa igit efficiẽs ẽ calidum nõ nimis excedẽs. Cauſa aũt materialis eſt vapor ſicꝯ. Duplex eñ eſt vapor: ſiccus: ⁊ humidus.humidꝯ aũt eſt materia fudoris.ſiccus aũt quida eſt multũ ſubtilis.⁊ ille exalat inſenſibilit.⁊ quida groſſus:⁊ iſte eſt materia vnguiũ.⁊ quidaꝝ ẽ mediocris ⁊ iſte eſt materia capilloꝝ. Et ideo inter oẽs hoics coleria ſunt magis piloſi:qr cõcordat cã efficiẽt cũ materiali Cũ aũt deficit vapor ſicꝯ:deficiũt capilli ⁊ cadũt ⁊ nõ generanꝫ.ſicut in priſcis ethicis ⁊ cõſumptis ⁊ ſenib⁹. Cauſa aũt formalis eſt poros:qñ qñ pori cutis ſũt mediocres:tũc vapor ibidẽ retinet ⁊ cõdenſat ⁊ tranſit in materiã capilloꝝ.

Modus aũt ſue generatiõis eſt iſte: cũ vapor retẽtus eſt in poro etiã condenſatus:tũc venit ſecundꝯ vapor ⁊ pellit primum ⁊ coadunat cũ eo.⁊ tertiꝯ pellit ſecundũ ⁊ impellit ab extra.⁊ iõ fit vapor quedã cõcatenatio.⁊ ita capilloꝝ ſola eſt generatio ſine oi alio regimine. Inforꝫmatur igit vapor ꝑm naturã pori:qñ ſi porus eſt rectꝯ ⁊ vapor erit rectꝯ:quãuꝫ eſt ex hoc ⁊ capillꝯ plan⁹.ſi tortuoſus: et capillꝯ tortuoſus.⁊ ita efficitur criſpꝯ.qñ ꝑm Bal.in de cõplexionib⁹.nõ cõtingit deuenire a tortuoſitate in rectitudinem: niſi mollificenꝫ pri⁹. Alie aũt ſunt cauſe criſpitudinis:ſicut eſt calor ⁊ ſic.cũ nimis exedũt.⁊ debilitas virtutis vaporeꝫ debiliter impellentis.⁊ opilatio pori.⁊ tortuoſitas vt dictũ eſt. Mediocritas igit pori eſt cauſa formalis capillorũ. nimia aũt raritas aut denſitas ẽ cã priuationiſ capilloꝝ.⁊ iõ in vel manuũ nõ creſcunt capilli pp nimiã raritatem.qñ exalat vapor inſenſibiliter ⁊ retineri nõ põt: nec i plantis pedũ pp nimiã denſitatẽ.⁊ iõ in aĩalib⁹ ſcamatalib⁹ aut reſtis nõ creſcũt capilli pp nimiã porꝝ denſitatẽ. ſicut te ſtat Bal.in de cõplexionib⁹. Cauſa autẽ finalis eſt neceſſitas vtilitas ⁊ decoratio neceſſitas fuit vt diſtingueret ſeꝑ ſus:vt nobile ab ignobili diſtinguat.⁊ ad ℔ ẽ barba ⁊ pilũ palpebraꝝ ad oculi defenſionẽ ſunt enĩ pili in palpebris ſicut ſepes i ortis. Vtilitas fuit vt mãdificaret corpꝰ a vaporibus ſiccis.aliter eñ poſſent inducere nocumentũ. Et ad hoc ſiunt pili inguinũ ⁊ aſſellaꝝ ⁊ reliquaꝝ partiuꝫ.⁊ ido nõ approbo ſentẽtiã illoꝝ qui impediũt in puellis generationẽ piloꝝ in pudibũdis:cuꝫ narcoticis aut caurerio aut quocũq; alio modo.quia illi vapores retẽti multa poſſunt inducere nocumẽta. Fiũt etiam capilli ad decorẽ ⁊ honeſtatẽ:ſicut in ſupcilijs ⁊ capite.⁊ ideo cũ ꝑter naturam amiſſi ſunt:nos intendim⁹ ad eoruꝫ generationẽ qñ decor a corpe eſt ablat⁹ Et cum hec cauſa que vaporem truncat multa peiora poſſet inducere nocumenta.quare ſalus eſt cauſaꝫ remouere. Cauſa igit allopicie ad cauſa humoris vaporem truncantis.

Cũ videm⁹ pilos fluere a cute ſine cauſa mãifeſta: tũc videamus ſi ſint ſquame aut reſolutiones furfurec.⁊ ſi non conſideremus ſi in radicibus capilloꝝ ſint vlcera. ⁊ ſi ſint vlcẽa ⁊ non alia tunc eſt allopicia.⁊ ſi color vergat ad rubedinem de ſanguine infectus eſt.⁊ ſi ad citrinitatem de colera ẽ ⁊ ſi ad albedinẽ ſquamoſam vel quaſi de flegmate eſt.⁊ ſi ait nigredinem vel ad liuorem de melꝯa eſt.

Signa.

Prognoſtica. Omnis caſus aut priuatio capilloꝝ ꝓpter priuationem cauſarum naturaliũ eſt inreſtaurabilis.⁊ ideo fruſtra laboramus in caluicie naturali.⁊ in eunuchis.⁊ in homine imberbi.⁊ in ſenib⁹.⁊ in priſcis ⁊ conſumptis ⁊ in cicatricibus. Et ſi fuerit accidentalis cauſa et eſt recens remediari poteſt.⁊ ſi antiqua aut eſt impoſſibile:aut ſumme difficile.quoniam mala complexio eſt equata. Ypo.autem etiã voluit prognoſticare:quoniã varices cum innaſcunt cauſa ſunt rurſuꝫ capilli ſi fiãt Cuius ratio eſt:quoniam mala materia que truncabat capillos iam reuoluta eſt ad inferiora.⁊ ideo ex hoc ſcimus quid agendum. Vtile eſt igitur prognoſticare; ne ĩpoſſibilia ꝓmittamus.

Cura. In primis purgem⁹ materiã peccantẽ. Si igit̃ sanguis est inc̃ausa fiat flõia. ⁊ purget̃ corp⁹ cũ mãna ⁊ cassiafi. ⁊ ramarinõ. ⁊ cũ diaprunis ⁊ sitib⁹. ⁊ vrak dicta renui ⁊ infrigidina. Et si col'a est in cã vrak: dicta dicra. ⁊ digerak materia cũ orizac̃. ⁊ sirupo viol'. ⁊ sirupo de boz. ⁊ sirup. de fumo terre. Et euacuet̃ cũ mirabl'. citri. ⁊ indis. tẽperans in lacte. ⁊ vuis pas. ⁊ liquir. cũ ista regulãt mirabl'. qñ̃ temperari debẽt sp cũ lacte: aut ceteris vbi sint vue pas. ⁊ liquir. alit̃ corrugãt stomacũ ⁊ dimittũt mala vestigia post se. recordent̃ igit̃ qñ̃ nobilis medicina est: cũ ex locis p̃mis purgẽt ocs hu. citri co. chebli. fla. indi. mel'iaz. bellir ⁊ emblici adustã. et ita possum⁹ purgare ocs humores. quare deinceps ipos̃ reuerẽtia habeam⁹. Si ãt cã fuerit antiquata col'ica ⁊ passio fortis: tũc purgetur cũ el'rio de succo ro. ⁊ yeraruffi. deinde radak caput ⁊ stupheẽ: ⁊ in stupha ponak multitudo fumi terre. deinde vrak rubea troiscata ⁊ tyriaca. ⁊ recte fiat sicut in morbis infectis. Si aũt fuerit flegma vrak cibis cal'idis tẽperate. ⁊ digerak materia cũ optl'. diur̃. ⁊ firu. de fumo terre. ⁊ euacuet̃ cũ mirabl'. chebl'. aut cũ yerap̃. ⁊ yeraruffi. ⁊ fiat stupha cũ herbis diureticis. ⁊ deb̃ sibi aurea alexandrina ⁊ tyriaca. Si aũt fuerit mã mel'ica: digerak mã cũ optl'. diur̃. ⁊ squill'. ⁊ firu. de fumo terre ⁊ purget̃ cũ mirabl'. indis. ⁊ lapid̃ armenico. aut cũ yeraruffi. ⁊ diasene. ⁊ fiãt stuphe. ⁊ deb̃ sibi epiate: ⁊ alia sicut decet. corpore aũt mũdificato: ad localia remedia veniam⁹. Si aũt fuerit cã calida: in ungak cũ isto vngũcto cui⁹ mãlia sũt hec cortex castanearũ. amigd. aucllanarũ. mucũ sterc⁹ capraz. mel. ⁊ acetũ. Ista cñ debẽt assari ⁊ pulueriz̃ari ⁊ cum acero ⁊ melle misceri ad modũ vnguẽti. Capite autem post raso ⁊ fricato ⁊ scarificato: postea d̃bet inungi. Si aũt cã fuerit frida fiat sicut prius. ⁊ postea inũgak cũ isto vnguẽto: cui⁹ materialia sunt hec. vtriusq; el'is. sterc⁹ colũbinuz. cusc: biũ. staphisagria. tapsia. gi:mi ru:he agrestis. sinapis. nasturciũ. erucha. coloquinid. sterc⁹ scarabei tritũ. spuma maris. laudanũ. spicanardi. radix cane folia fic⁹. Accipiank̃ igit̃ aliq̃ ex istis vl' multa: ⁊ pulueriz̃enk̃: ⁊ cũ oleo laurino: aut cũ oleo amigd. amar. ⁊ cera. q.s. misceank̃ ⁊ fiat vnguẽtũ. ⁊ post. lauetur cũ aqua decoctõis fabarum ⁊ side. ⁊ ista toriens reiterantur donec habeatur intentum.

Clarificatio. Aliquis posset dubitare cui⁹ cõplexionis cẽnt capilli. Dico q̃ capilli i se ⁊ quãtum ẽ ex pte materie sunt frigidi ⁊ sicci. qñ̃ vapor est terren⁹ frigus ⁊ sicc⁹. Et iõ dicebat Auic̃. q̃ frigidi⁹ q̃d sit in corpe humano post flegma sunt capilli. ⁊ iõ fere nullũ animal nutrit̃ ex capillis. Quantũ est igit̃ ex parte materie capill⁹ est vapor frigid⁹ ⁊ siccus. Sed si nos loquamur d̃ cõplexiõe capillor quãtũ est ex parte agentis. tunc p̃m diuersitatẽ colozis diuersificank̃ capilli in multitudine ⁊ paucitate ⁊ crispitudine ⁊ colore. qñ̃ multitudo capillor seu pilor arrestat̃ supra caliditatem. ⁊ sic paucitas supra fritatẽ in quacũq; pte corporis fuerint: siue in capite siue in pectore: siue in ypocõdeis ⁊ ventre seu ingrine. ⁊ ita de alijs. Cõplexio igit̃ cal'a multiplicat. ⁊ frigida minorat. Et sicut diuersificank̃ capilli ex pte cõplexiõis ita ex parte etatis ⁊ climatis. In cõplexione igit̃ mel'ica vergũt capilli ad glaucedinẽ. ⁊ in flegmatica ad albedinẽ seu flauedinẽ. ⁊ si flegma fuerit putrefactñ ad canicẽ. ⁊ si col'a dñetur vergũt ad citrinitatem. ⁊ si sanguis ad rubedinẽ. ⁊ si temperies fuerit ad ruffedinem. ⁊ si fiat humozũ ad ustio vergunt ad nigredinem. Et sicut ẽ de complexionibus ita d̃ etatibus. quia in infantia vergunt ad flauedinem. deinde ad ruffedinem. deinde ad citrinitatem. deinde ad rubedinẽ. deinde ad caniciem Et ita est de regionibus ⁊ climatibus. q̃niam indi ⁊ ethiopes habent nigros et crispos. ⁊ anglici ⁊ theotonici flauos et planos. ⁊ medij medio citer. Et licet capilli ⁊ multitudo eorum arrestetur supra caliditatem tanq̃ supra causam efficientem. tamẽ propter hoc in natura sua nõ erũt calidi. quoniam glacies a caliditate dissolvit̃. ⁊ later a calido adunak̃. ⁊ tamẽ ista sunt frida in se. ita ẽ de capillis. Patet igitur cui⁹ cõplexiõis sint in se ⁊ quo ad mãlia: ⁊ cui⁹ sint quo ad efficientia.

Secundo notem⁹ de caluicie. Caluicies quedā est naturalis: ⁊ quedā accidētalis Naturalis fit a calido exceden̄te. lz enī ca lidū multiplicet capillos ⁊ plātas. tamē quādo multū excedit cōsumit humidum ⁊ cōsumēdo humidū cōsumit scipm. Pri mo igit deficit agens qđ erat cā efficiens capilloꝝ. Secūdo deficit materia: cū per calidū sit cōsumpta. Tertio calidus cōsti tuit sibi heredē. s. frigidū. nūc aūt frigidū claudit poros: ⁊ ita vapor si aliqualis cēt nō bz exitus. paret igit q coleric⁹ de fa cili caluef cūt. sed pueri ⁊ senes eunuchi et mulieres nō caluescūt: cū calor nō sit tan tum q possit materiā cōsumere capilloꝝ Hoc aūt fit portissime in anteriori pte ca pitis: cū illa ps sit calidior: ⁊ substātia re rebellaris sit subtilior: ⁊ sit etiā a craneo elōgata ꝑm Auice. tertio de instorijs aīa lium capl'o prio. ⁊ iō caluicies nō recipit curationē. Est etiā alia caluicies acciden talis in qua fluunt capilli: sicut in cōuale scentib⁹: ⁊ famellicis: ⁊ in incarceratis: et in vrentib⁹ nimio coytu. In istis em̄ de ficit mā. ⁊ iō cum ocio ⁊ nimio nutrimē to ⁊ balneis curanf. nec nō cadūt etiā ca pilli ⁊ generaf caluicies pp humoꝝ corruptionē. ⁊ de ista cā prim dictū est: ⁊ pri dicef. Tertio dicendū q materia capilloꝝ sunt humores qui in epate generanf lz materia immediata a tertia digestiua ꝓcedit: ꝑ quā fit exaporatio ⁊ fumoꝝ expulsio. Et iō iuxta hoc intelligendū q ex supfluitatib⁹ prie ⁊ secūde digestiue mē bra aliqua ñ generāt pp eoꝝ impuritatē lz aliqua aīalia generenf ꝑ viam putrefa ctionis. materiaf aūt supfluitas tertie di gestiue ē magis pura: ⁊ iō generanf ide quedā mēbra: sicut sunt pili. ⁊ vngues. ⁊ cornua. ⁊ solee. Quarto notandū q i al lopicia competit aliqñ flōia ⁊ farmacia. ⁊ ideo notādū ē grana mē q cū flōia ⁊ far macia cōperūtūc aut ē in sanis lapsis: aut in egris. Si in sanis ꝓcedat farma cia cū nō timeam⁹ humoꝝ corruptiones ⁊ pⁿa seqt flōia. ⁊ ita fiet euēuatio fumoꝝ derelictoꝝ a farmacia. Si aūt fiat i egris tūc flō. a bz ꝓcedere. cū tunc putrefactio sit velocior: ⁊ flōia est purgatio vltoꝝ. ⁊ farmacia bz subsequi. In tali igit casu bz ꝓcedere farmacia: nisi forte esset valō facilis: sicut ē cassiafi. ⁊ similia.

Capitulū. ij. de casu capilloꝝ.

c Asus capilloꝝ

est fluxus capilloꝝ pau atī nus sine humoris vicio.

Cause. Postq̄ dictū est de fluxu ni mio ⁊ repētino cū humoris vicio. hic agit de fluxu paulatino sine hu moris vicio: cuius duplex est cā. priuatio materie. ⁊ inepta positio. Pri uatio materie fit sicut in nimis ieiunantib⁹ ⁊ extenuatis: ⁊ i fine febriū acutaꝝ ⁊ cro nicaꝝ ⁊ sil'ib⁹. Pori aūt reddunt inepti aut q nimis dilatati. dilatanf aūt pp ma lam cōplexionē ca. vt pp solutiones. ⁊ la bore. ⁊ balnea. ⁊ vnguēta ca. ⁊ sil'ia. ⁊ ita vapor nō pōt cōdensari. pori aūt aliqñ cōdensanf ⁊ vapor nō bz exitū. vnde ali quādo cōstringunf pp frigiditatē aeris: aut nimis: aut pp vnguēta frigida ⁊ sil'ia.

Signa. Priuatio humoris cognosci tur ꝑ extenuatā habitudinē ⁊ qz ꝓcesserūt febres. ⁊ p indicia patientis. raritas cognoscit p continuū fluxum depditas qz vix oriunt ⁊ sunt exiles: ⁊ p indicia patientis.

Pronostica. Pronosticare pōt medic⁹ qz satis de facili curabit: si velit medico obedire.

Cura. Si est pp priuationē: inunga tur sibi occiuz ⁊ dicta humida ⁊ resumptiua. ⁊ inungaf caput cū oleo ō laudano ⁊ mastice. Si aūt fuerit pp nimi am raritatē: inungaf cū onifacino. ⁊ cum oleo ro. ⁊ mirtino. ⁊ sisamino. ⁊ cū oleo ō cironijs. ⁊ cū oleo corticū nucū. auellana rum. castaneaꝝ. assis. ⁊ cū oleo radicis cā ne asse. ⁊ cū oleo de gallis. ⁊ de capill' ve neris. Si aūt fuerit pp opilationē: inun gatur cū oleo de amigdal' amaris assis. ⁊ cū oleo laurino. ⁊ cū oleo absinthio. ⁊ cū oleo de spicanard. ⁊ cū nigella assa. ⁊ cū sil'ib⁹ oleis calidis ⁊ aptiuis habētibus ꝙdam stipticitatē. ⁊ qui nō pōt habere simplicia fiat per ꝓposita. ⁊ possunt fieri vnguēta ⁊ emp'la ⁊ puluēs ⁊ sil'ia.

Clarificatio. Intelligenduz q vt plurimū cit⁹ cadūt capilli in capite q̄ in aliis partib⁹ corpo

ris:nō obstante frigiditate cerebri ⁊ po-
rozum clausione per quā deberēt obser-
uari. Dico q̄ plꝰ abundāt in capite q̄ in a-
lijs partib⁹ corporis sub nāli dispōne se
habēte. qm̄ cerebꝝ est sicut caminꝰ to-
ti⁹ corpoꝛi. ⁊ ideo fumi de facili ascendūt ⁊
multiplicāt capilli. Si igit̄ sit corpus p̄
ter naturā citius ibi deficiūt, ꝓpter longi
tudinē vie: aut q̄ fumꝰ, ꝓpter sui paruita
tem ascendere nō pōt: aut si ascēderet cō
sumit̄, ꝓpter maliciā humoꝝ: ⁊ his silib⁹
Cuꝝ ergo calor citꝰ deficiat in extremis
q̄ in medio. ideo citꝰ deficiūt capilli, ꝓpt
destitutōez caloris naturalꝭ ⁊ virtutis re-
gitiue. ⁊ iō mors citꝰ incipit ⁊ apparet i
pedibꝰ ſm Bal. in ꝓnosticis. In barba
aūt ⁊ facie nō cadūt ita cito: nisi esset cau
sa fortis valde, ꝓtāto q̄ natura ē magis
sollicita in regimine ꝓpter nobilitatem
sensuuꝝ qui sunt ibi. ⁊ q̄ fuit barba, ꝓpt
discretionē sexus: vtile fuit in natura vt
habit⁹ naturalꝭ ⁊ artificialis viroꝝ ⁊ mu-
lieꝝ esset distinctꝰ. ⁊ solo visu discerneret
aliter cm̄ discretio pōt eē ignominosa.
Natura igit̄, ꝓpter finē pilos barbe abi
re nō permittit. Nec etiā cadūt in assell'
⁊ in inguinibꝰ cū sint emunctoria. ⁊ ideo
satis vadit de vapoꝛe. nec etiā cadūt i pe
ctoꝛe, ꝓpter coꝛ. nec in vētre, ꝓpter epar
nec in coxis, ꝓpter testes. ⁊ q̄ nā nō facit
nisi solū cōseruare. Iſti cm̄ qui a ꝓncꝰ-
pio nati sunt illi ꝓseruanꝭ ⁊ nō cadūt, ꝓ-
pter fortitudinē virtutis ꝓtentiue. nec in
cerebꝛo virꝰ cōtentiua est ita fortis: cuꝝ
est ꝓter naturā: qm̄ oē membrum infirmum
opationes hꝫ lesas de ne cessitate. sic dꝰ
cit Bal. in illo amp bisino. quibuscūq; iu
uenibꝰ ꝛc. Fluunt igit̄ capilli cōiter loān
do citꝰ in capite q̄ in alijs ꝓtibꝰ. Secūꝫ
do intelligendū q̄ pili nō sūt in toto coꝛ
poꝛe: lꝫ sudoꝛ possit eē in toto: ⁊ rō huiꝰ
est: qm̄ sudoꝛ est vapoꝛ subtilioꝛ: ⁊ pili fi
ex substātia grossioꝛi. Et alia cā est q̄ ra-
rum ⁊ densum impeditūr gnationē piloꝝ
humidū āt facilꝰ pōt resudando exire.
Tertio notandū q̄ virī habuerūt barbā
etiā q̄ calidioꝛes: ⁊ pp distinctionē sexꝰ.
Si autē eunuchi cm̄ pubescētiā amiserit
socios nunq̄ barbescūt. ⁊ si post illā bar
ba que nata ē cōseruat. Quarto aduer
tendū q̄ in regione ca. ⁊ ꝓplexiōe calida
citius pubescūt. q̄ talis citius mouet va
poꝛem ⁊ aperit poꝛos. In regiōe aūt fri
gida ⁊ ꝓplexione frigida tardiꝰ: ꝓp cām
cōtrariā. Quinto sciēdū q̄ in lepꝛosis
citiꝰ cadūt pili in supcilijs: ꝓp vapoꝛē coꝛ
ruptū lantantē in ꝓcanitare nerui obtici
unt dicū est supꝰ capl'o de lepꝛa.

Capitulū.iij. de asperitate capillorū

A Speritas ē trun
catio seu fissura capilloꝝ
aduenies viris ⁊ mulieribꝰ
calide ꝓplexiōis in iuuenture existētibus.
Intelligendū ē q̄ capillis veniūt quedā
fede dispōnes: que vulgariꝭ appellantur
sirones. aut pole. aut ratatō: qm̄ ratativi
denꝭ truncati ⁊ mutilati. ⁊ cū hoc aliq̄n
bifurcanꝭ. ⁊ talis dispositio appellaꝭ as-
peritas capilloꝝ. Et causaꝭ ex co. adusta
truncāte vapoꝛē. ⁊ iō vnꝰ capillus videꝭ
longioꝛ altero: ⁊ alter breuioꝛ: sicut si mu
res inequaliter coꝛrodissent. ⁊ B q̄ cali
dum affixuꝫ vapoꝛi cōsumit in pte vapo
rem ⁊ adurit. ⁊ iō nō pōt plongari vlte-
rius cū deficit sibi materia: ⁊ q̄ inequali
ter aduriꝭ: capita inequalia apparēt. Nō
ergo capita sūt trūcata: fꝫ videnꝭ trūca-
ta cū vlteriꝰ capilli nō crescāt. Vel posse
dicere q̄ imo etiā trūcātur pp aduſtionē
⁊ hoc ꝓtissime pp negligentiā culture.
ffindunꝭ etiā q̄n vapoꝛ ē multū grossius
aduſtꝰ viscosus. ⁊ iō in capitib⁹ geminā
nō obstāte sua figura gracili ⁊ rotunda.
Capilli truncanꝭ ⁊ asperanꝭ ⁊ ratanꝭ et
findunꝭ. cm̄ colera adurens cursuꝫ nālē
mutat. Signa igit̄ sunt manifesta dere
cta. postq̄ cām cognoscimus iam scimuꝰ
quid agendum.

Cura. Quia igitur ista dispō inuent
bus lasciuis feda est: ⁊ q̄ vlte
riꝰ nocere posset. ideo iniungaꝭ dieta te-
nuiꝭ ⁊ infrigidatiua. ⁊ postea digeraꝭ co.
aduſta cum frigidis ⁊ humidis. ⁊ postea
euacueꝭ. ⁊ q̄ talia sepissime dicta sunt et
etiā dicenꝭ. nō oꝛ in quolibet loco dige-
stiuum humoris ⁊ euacuatiuū poncre.
Ad localia igitur remedia veniamꝰ. In
primis inungantur capilli ⁊ caput. ⁊ pan
nus lineꝰ intinctꝰ per totam noctē capil
lis applicet. Olea autem sunt ista. oleuꝫ

ſtaminuz.roſ.viol.nenuphar.⁊ de ſalicibus.de cocranis.ō cucurbitis.aqua pſil lij.aqua ordei.aqua cucurbite. Medeſi ant igitur capilli per totā noctē:⁊ de mane cū aqua calida abluanť. Si autez habuerint caput debile aut deficili incurret reuma⁊ emigranea.fiant ſira cū cautela. Iſta materia non indiget alia clarificatione:qz in ſimando clarificata eſt.niſi propter contrarietates diſſoluendas. qñ cā antecedēs hui⁹ paſſionis cal'a eſt cōiuncta ār frigida.

Capt'm.xiij.de canicie vel apparatu vel ornatu capilloz.

Canicies eſt infectō alba capilloꝝ ad quādaz ver gens fuſcedinē.

Cauſe. Intelligendū ꝙ dupler ē canicies quedā naturalis ſicut eſt in ſenectute. et quedam innaturalis ſicut in iuuētute.De innaturali agiť hic. Cauſa aūt imediata eſt flegma aqueoſuz putrefactum.Cauſa aūt remota eſt oīe illud qđ debilitat caput⁊ facit exalare calozem naturalez.nimia ergo cooptura accelerat canicē:⁊ nimis frequēter lauare caput.⁊ paſſiones ſtomaci nauſeatiue.⁊ cōſimilia que in ſtomaco ⁊ capite aggregant flegma.

Signa. Canicies ē manifeſta.ſz diſtinctio inter naturalē caniciem ⁊ innaturalē ꝺ eſt.qñ pili primo ſūt cani in capite ⁊ in radice nigri:tūc eſt canicies naturalis mozi ſimilis:cū moz̄ incipiat ab extremis.Qñ aūt canicies ē innaturaľ.tūc pili ſunt nigri in capite:⁊ cani in radice.

Pronoſtica. De canicie ſunt quedam ſigna rememoratiua.⁊ quedā demonſtratiua.⁊ quedaz pnoſtica. Rememoratiua ſunt qñ aut ē caput debile naturaliter.aut ſtom̄.aut fuit homo mali regiminis.aut fuit generatus in tpe ſenectutis.Demōſtratiua ſunt qz caput corrupto flegmate plenuz habet. Pronoſtica ſunt qñ moz̄ vertici capitis veſtiū ꝓpriū applicat.

Cura. In primis vtať exercitio anteabū.⁊ dieta ca.⁊ diuť.⁊ viteroſa que flegma cōſueuerunt generare.⁊ vtať fricationibus capitis ⁊ conſimilib⁹ Deinde digerať materia cum oxiľ.diuť. ⁊ purgetur cum yerapigra.aut cuz medicaminibus in quibus intrat elł's. ſicut ē yeraruffi.reodoricon.emperiſton.yeralogodion.⁊ ſimilia. Vel vtatur iſto medicamine.Rx.aloe.agarici.turbith.añ.ʒ.ß.pulpe coliť.ʒ.ij.maſtič.bdellij.ʒ5ī.anniſi.cinamomi.foliozꝝ abſinthij.foliozꝝ mēte. añ. ʒ.i.cōficianť cū oxiľ.ſquiľ.⁊ fiant pilľe ⁊ dentur poſt.vij.dies ſue cōfectionis.ʒ. ij.vel.iij.vel plus iuxta cōuenientiā pticularitū.⁊ eſt medicamen mirabiliter bonum p flegmatis euacuatione.ſiue fuerit in primis ſiue in remotis.⁊ eſt medicamen vbi nullum poteſt cadere periculuz niſi quantitas eſſet nimia.aut paſ. debilis.aut erroz nimi⁹ accideret.aut forte aſpectus ozbis contrarius.quod nō pertinet ad ꝓpoſitum declarare. Supponimus enim in oibus medicamētis ꝙ materia ſit bene digeſta:⁊ meatus aperti.⁊ ꝙ ñ ſit conſtipatus.⁊ ꝙ nō ſit debilis.⁊ ꝙ habeat oīa vite neceſſaria cum oibus ſuis appendiculis.⁊ ꝙ medicina ſit bene cōfecta ⁊ bñ repoſita.⁊ ꝙ ſimplicia ſint optima:⁊ ꝙ ſint bñ ꝓporcionata ⁊ fermētata.⁊ forte ſi daroz eſſet talis ꝙ eſſet ſub planeta beniuolo cōfecta:eſſet meli⁹.ſed iſtud dimitto qz directe nō cōperit medico. Tunc dico ꝙ iſta medicina nō ē piaioſa:⁊ potiſſime quia non intrat ibi elł'e. Conſidera igitur iſtam medicinam:quia cum quantitatē ſue exhibitionis experťꝰ fueris in materia flegmatica gaudebis ⁊ bñ tibi erit. Corpore aūt mundificato accedam⁹ ad tincturas:potiſſime in mulieribus vt placeant viris:⁊ ꝙ ipſas nō reputēt vetulas nec antiquas. Materialia autem que capillos tingunt ſunt iſta galla contrita et in oleo fricta.nuz cipreſſi.corteꝝ nuc̄ exteriozꝝ que non induratur ſtipites fabarum.limatura ferri.agrimonia.corteꝝ auellanarum conbuſtarum.lacerta viridis abſqꝫ capite ⁊ cauda. corticeꝝ malozum grana.oul.alumen.es vſtū dragagantum vſtum.calx viua. cū ſapone ſaracenico.oleū nucū.acetū.⁊ ſimilia. Modꝰ aūt eſt iſte ꝙ accipianť aliqua ex illis cū aqua pluuiali:⁊ illuniāť capilli.aut

ꝙ fiat cū oleo nucū: ⁊ ita poterit fieri pasta. aut aqua. aut aliqđ aliud. ⁊ inunganť capilli ⁊ eruntvalde nigri. Atramē sūmo opere cauēdū est de capite: vt ista sint in plurimū frigida stiptica. ⁊ meliꝰ essz hȳe modicū đ verecūdia fatua: ꝙ dolorē ppe tuum in capite inducere. aut forte postea abinꝰ maiorē canitiē generare. Et notā duz hic ꝙ alcañ ē talis virtutis: ꝙ si distē pereť cū oleo nucū denigrabit. ⁊ si cū vino rubeo rubefaciet capillos. ⁊ si cum albo flauos faciet capillos.

De albificandis capillis:

f Ac liṫuiā de cinere trūcoꝝ caulium ⁊ apponať alumē: ⁊ abluatur caput multis vicibꝰ. hec enī ablutio rōne aluminis ꝓparat capillos ad recipiendū oēm colorē. tūc in isto liṫuio distemperet cāphoza ⁊ erūt albi. Si autē suffumigenť cū sulphure idē fier. qm̄ suffumigatio facta cū sulphure dealbat. ⁊ hoc ꝑz in floze papaueris rubei ⁊ īrosa ru. si cū sulphure suffumigeť.

De rubificādis capillis.

i Ꝛ ꝑdicto liṫuio apponantur folia buꝛi ⁊ rasura eius. celidonia. palea ordei. ⁊ auene. lupini. nitꝝ ⁊ farina ciceris.

Ad faciēdū capillos flauos

i Ꝛ ꝑdicto liṫuio ponanť flozes sticados. ⁊ genestre.

Ad auferēdos capillos.

f Jat primo stupha: ⁊ postea empl'entur loca cū ꝓsillotro facto đ calce viua ⁊ auripigmēto: ⁊ bulliat totū in aqua donec pluma apposita deplumeť. ⁊ si esset nimis spissuz addať vť. ⁊ postea abluať locꝰ cū aqua calida. ⁊ si sit dines addať muscꝰ.

Si vis vt āpliꝰ pili nō renascanť.

Illis cuulsis inunganť locus cum oleo de iusquiamo. aut de mandragoza. aut de opio. aut de sanguine peticuli. aut rane viridis. aut vespriliōis.

Si vis capillos subtiliare.

Jat hoc cū aqua decoctiōis ozobi. ⁊ lupinoꝝ. fellis tauri. spuma maris. nitri. coloquintid. ⁊ aloe.

Si vis eos crispos facere.

Ecipe calcis viue. li. argiri. emblicoꝝ galle. añ. ʒ. ij. fiat pulvis ⁊ tempetur cū succo mirre. inunganť capilli ⁊ ligentur.

Si vis facere saponem.

Quia caput frequenť abluitur cū sapone: bonū est ꝙ sciamꝰ facere saponez. In primo faciamꝰ capitellū. Capitellū aūt fit ex duabꝰ ptibꝰ cineris stipitū fabaꝝ: ⁊ tertia calcis viue. ⁊ infundanť in aqua admodū liṫiuij ⁊ coleť. ⁊ ꝙ distillat est capitellū. Sapo aūt saracenicus fit ex duabꝰ ptibꝰ capitelli huius: ⁊ tertia olei oliuaꝝ. Sapo aūt gallicus fit ex duabꝰ ptibꝰ huiꝰ capitelli: ⁊ tertia sepi arietum. Non est igiť mirabile ꝙ sapo abstergit ⁊ mūdificat. ⁊ pp hoc fiunt suppositoꝛia de galico sapone.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ canicies nō attestatur supra digestionē: qm̄ talis albedo ē mortificata. ⁊ ꝓterea non ois albedo venit a calido digerēte: sicut apparet in nue ⁊ īvrina alba ⁊ lacte. ⁊ caropos. ⁊ in spuro albo subtili aut albo viscoso in pleuresi. ⁊ patet in viris ⁊ mulieribꝰ īroto corpe qm̄ quāto albiozes tāto frigidiozes cum albedo sit filia frigiditatis. Canicies igitur nullā digestionē signat: sed corruptionem ⁊ mortificationē. vnde canicies ꝓuenit ex calore naturali in cerebzo quasi mortificato. cū em̄ calor deberet attrahere vnctuosuz sanguinis: pp sui īporentiā trahit aquosuz ffegmatis. ⁊ ita generat albedinē mortificatā in capillis q̄ canicies appellať. ⁊ hoc est ꝙ attestať Auice. ʒ°. de instoꝛijs aialiuz. Et licz flegma sit humidū ⁊ capilꝰ ille canus sit generatꝰ ex flegmate. nō tm̄ pp hoc ex humido vapoze: ſz ex parte ficcioꝛi illiꝰ aquositatis cū ois capilꝰ generet ꝓ viā cuiusdā adustionis. B tm̄ nō est tanta adustio ꝙ possit capillus denigrari: qm̄ generať ex flegmate aquoso putrefacto. nō putrefactōne que est ebullicio: sed putrefactione q̄ est corruptio ⁊ destructio. Capilli igitur q̄ generanť ex flegmate naturali trahūt ad albedinē. ⁊ qui ex īnaturali ad caniciem. ⁊ qui ex meꝛia ad glaucedinē. ⁊ qui ex sanguine ad rubedinē. ⁊ qui ex co. ad citrinitatē. ⁊ qui ex tēperamēto ad ruffedinē. ⁊ qui per adustionē vergūt ad nigredinē. Et iō qz capilli generantur ꝓ viam

aduſtionis: vtplurimū oēs vergunt ad nigredinē. vapor enim ex quo generant vngues nō pōt ꝓpter groſſiciē ita aduri q̄ ſint nigri. Licet igit vngues generent p̄ viā cuiuſdā aduſtionis: nihilomin⁹ ſp naturaliter ſunt albi. Et ſicut eſt de hūoribus ita de cōplexionib⁹ ⁊ regionib⁹ ⁊ etatibus q̄m iſta ꝓportionātur in coloribus capilloꝝ. Licet igitur ſanies alba ⁊ ypoſtaſis ſignificēt digeſtionē. nō tñ ꝓpter hoc canicies. nullū igit bonū naturale ſignificat: licet moraliter ſignificet. iuxta illud. Canicies venerāda parꝝ ⁊c.

Secūdo notādū q̄m licet tertia digeſtio p̄cedat dealbādo: ⁊ capillus ſit ex tertia digeſtione: cū naturaliter nō eſt alb⁹ ſed magis niger: q̄m cauſatur p̄ viā cuiuſdā aduſtionis. Tertio intelligendū q̄ ꝓprie ꝓprietas ineſt homini caneſcere in ſenectute. ſolus ār homo hꝫ capillos. ⁊ iō ſi canicies inueniat in alijs aīalib⁹ nō ē in capillis ſed in pilis. aut nō eſt ꝓprie canities ſed quedā dealbatio piloꝝ. Licet igitur canicies ſit appropriata hic tñ nō eſt ſolū ex proprietate: ſꝫ q̄ talē proprietatē comitatur complexio frīda ⁊ hūida cū debilitate vtutis. ⁊ q̄ talia ſunt ſemp in ſenectute: iō cōſurgit ꝓprietas q̄ ē ſp caneſcere ī ſenectute. q̄ cauſe canicici ſp ſunt in ſenectute: licet p̄m plus ⁊ minus.

Cap l'm. v. de furfuribus capilloꝝ.

Furfura ſunt que quedā ſquame in cutis ſuperficie ſine vlceꝛe capillos euellens: ⁊ fedā in capite diſpoſitionem inducens.

Cauſe. Cauſa furfurū ſunt vapores corrupti ab humoꝛib⁹ reſoluti conuertētia cutē in ſquamas ⁊ furfures. ⁊ eſt tāta corticabilitas q̄ piles educit vbicūq; fuerint. hoc aūt fit ex flegmate ſalſo. aut ſanguine corrupto. aut colꝛa adusta. aut melꝛa.

Signa. Signa ār huius paſſionis per p̄dicta ſunt ſatis manifeſta.

Prognoſtica. Caueat patiens ſi bi bene: q̄ niſi feceꝛit in lepꝛam eſt venturus.

Cura. Si coꝛpus non eſt plectoꝛicū ſufficiūt gar gariſmata. ⁊ ſtuphe. ⁊ fricatiōes. ⁊ vnguēta. Et ſi coꝛp⁹ ē plenū fiat flōia ⁊ farmacia iuxta cōueniē tiā humoꝛis. Et ſi ē ſimpleꝛ fiat ſimpleꝛ euacuatio. Et ſi eſt humoꝛuꝫ coꝛruptio: medicamina ſint cōpoſita. Digeraf igit vnuſquiſq; iuxta ſuā naturam. ⁊ poſtea euacuetur. ⁊ poſt ſtuphef. ⁊ poſtea detur opiate. ⁊ ita de alijs. Et q̄ de iſtis humoꝛibus frequēter dictū eſt: nō oꝑz repetere. igitur ad localia remedia veniamus. Materialia aūt medicaminū ſunt iſta. farina ciceꝛū. farina lupinoꝝ. oꝛobi ⁊ fenugreci. ſuccus blete. folia ſiſami. mirtus ⁊ malua. furfur. oſſa mirabul'. aqua molefabꝛoꝝ ⁊ feꝛ eius. ſtafiſagria nitꝛū. ⁊ oīa fella. Ex iſtis igit pōt fieri aut aqua. aut oleum. aut vngnētum. aut emplaſtrum. Et poſſunt confici cum aqua. aut aceto. aut vino. aut fece olei ātiqui. aut cū oleo nucū: aut cū cera. Arbitrio igitur medici foꝛme introductionē deꝛelinquo: ⁊ numerū ⁊ doſem vniuſcuiuſq;.

Clarificatio. Intelligendū q̄ duplex eſt ſolutio continuitatis. quedā magna ⁊ manifeſta vbi apparēt quedā fiſſure ⁊ rimule. ⁊ tales apparēt in allopicia ſine ſquamis. Eſt aūt alia modica ſolutio continuitatis in qua caro nō eſt ſepaꝛata nec tota cutis etiam a ſupficie ad ſuperficiē: ſꝫ ſunt quedā reſolutiones quarū q̄dā ſunt ad modū ſquamarū piſcium: aut ſicut furfur ſicut nos videmus in decrepitis in capite cū ſcalpunt ſe: aut in toto coꝛpe cum ſint in ſole aut iuxta ignē ⁊ ſcalpūtur: ereūt quedam ſolutiones farinoſe. ⁊ ſi inſufflent volitāt hinc inde. talis inq̄ ſolutio cōtinuitatis modica cū v̄ q̄ nō tranſit cutē: ē tamē cā euulſionis piloꝝ. Secūdo notandū q̄ reſolutiones ſquamoſe poſſunt p̄dicere lepꝛā futurā: ⁊ lepꝛā curaturā ſeu curatā. q̄n aūt apparēt in principio tūc ſūt ſigna lepꝛe occulta nō manifeſta nō detecta. nō enim ſunt differentie cōſtitutiue. ſed ſigna ſunt cuiuſdā p̄parationis ⁊ diſpoſitionis. q̄n lepꝛa cauſaf ex hūoꝛib⁹ coꝛruptis aduſtis. q̄re ſi malū regimē vlterius ꝓtinuet: poterit eē cā lepꝛe. ⁊ ita p̄dicūt lepꝛā. poſſunt eiꝫ p̄dicē curationē

p aliū mō modū: cū sunt in toto corpe p̄
corpis mūdificationē ⁊ post lōgū vsum
serpētum qm̄ venenū expellit venenū. ⁊
si materia lepre venenosa expellat: signū
est curationis lepre. Tertio intelligendū
q̄ furfur ista primo p se egritudo cutis:
qm̄ quasi cā ercoziat reddēdo ipam squa
mosaz. ⁊ pcōsequens est passio capilloz
cū cadāt ꝓpt squamationē cutis. Quar
to notandū q̄ licet capilli nō habeāt vir
tutē innatā nec influentē nec influxā sed
solū gn̄ationē. opationē m̄ habēt finalē
q̄ est vtilitas necessitas ⁊ decoz. Nūc aūt
ita est q̄ si loq̄mur de furfurositate p rela
tionē ad capilloz amissionem: sic pōt eē
mozb⁹ ⁊ acidēs mozbi. qm̄ si per fu furfur
ista intelligam⁹ qualitatē malā cutis cuel
lentis capillos: sic est mozb⁹ cū sit q̄litas
mēbri ⁊ ita cōpositionis. Si aūt p furfu
rositatē intelligam⁹ ipam euulsionē ia fa
ctā: sic est accidēs sicut spasm⁹ ⁊ cecitas.
In capillis igit euulsio actio ē lesa: ⁊ ha
bebāt opationē finalē sicut ē necessitas
vtilitas ⁊ decoz ⁊c. Quinto notandū q̄
licet acerū sit inimicuz neruoz: m̄ repel
sum ⁊ cum alijs appositū in his passio
nibus ⁊ in alijs pōt cōpetere.

Capl'm septimum de pustulis capitis.

Pustule sūt quedā
p parua apostema i capite na
scentia: sicut si essent quedaz
ampulle parue aut capita pua vbez. aut
si aliquis fuisset punct⁹ ab vtricis. aut si
pediculus famellicus alienus momōdis
set eum.

Cause. Humores aut̄ mali abun
dantes in corpore sunt⁹ causa
huius passionis.

Signa. Signa aūt humorū frequē
ter dicta sunt. pnosticare nō
oportet. Cura generalis fiat sicut frequē
ter dictū est m̄ exigentiaz hūoris. pticu
laris aūt hec est. ſ. q̄ sumant̄ ista mālia. ſ.
nux cipressi ⁊ folia cy. litargir. cerusa aca
cia. galla. ypoq̄stid. sulphur. ossa mirabl
galia nuc. nitz. corter malig. oleū ro. ace
tū. cera aqua. vinū. ffiat igit cōpositio di
uersa m̄ diuersitatē pticulariuz. In ista
aūt opositione tria debem⁹ aduertere. ſ.
q̄ in causis calis vnguēta ffa et his fcā
applicem⁹. ⁊ in frigidis ptrariū. Secun
dū q̄ debem⁹ ꝓsiderare q̄ in pustulis an
tiquis ponam⁹ acerū. ⁊ in recētib⁹ aquā
Tertiū est q̄ frigida stiptica narcotica in
pua q̄titate apponam⁹ vt pozi nō dau
dank. ⁊ forte q̄ mā adinuis nō repentiak
vel fiat istud. ℞. summitates ficc⁹ recētes
palmites ⁊ folia. ⁊ cōterantur sicut si ess
sent pultes ⁊ illiniatur caput. ⁊ nō soluz
curat istas pustulas: sed etiaz verrucas.
Qui aūt gaudet in multitudine cōposi
tionū: cū isto vnguēto posset addere assū
giaz pozē antiquā. fecē aceti. fuligiū litar
giri. ⁊ fiat vnguētuz: ⁊ cū solo vnguento
posset homo viuere in mundo.

Clarificatio. Quatuoz sunt q̄ in
digēt clarificatione
ſ. quō cerusa pōt ꝓpetere in pustulis ca
pitis postq̄ est frida ledēs neruos ⁊ ossa
⁊ ēt ferozē anhelit⁹ est inducēs. Scōm ē
de sulphure postq̄ est ca. in q̄rto attracti
uum ⁊ adustiuū. Tertiū est de aceto post
q̄ inimicak neruis ⁊ egritudo ē cronica.
Quartū est quō oleū ro. ⁊ albume ouoz
cōpetāt i vulneribus⁹ postq̄ sunt frida pu
trefactiua. Dico q̄ cōpetūt prima: q̄ des
siccatiua mūdificatiua cōsumptiua. ⁊ q̄
corpus mūdificatū est. ⁊ q̄ sunt repssa ⁊
in pua quātitate. ⁊ q̄ vnū reprimit mali
ciā alteri⁹. De cerusa dico q̄ reprimit ma
liciā sulphuris ⁊ ecōuerso. ⁊ frangit̄ mali
cia cy⁹ si puluerizet̄ ⁊ ponak in parella
vitrea ⁊ sup ignē: ⁊ agitet̄ deinde ablua
tur. ⁊ tūc nullū facit nocumētū. ⁊ iuuame
ta sunt magna. De sulphure dico q̄ pōa
tur in pua q̄titate. ⁊ q̄ ponit̄ ab extra in
corpore mūdificato: ⁊ inungit̄ alijs: ideo
nō nocet. De aceto dico q̄ ponak in pua
quātitate: ⁊ vt penetret vel penetrare fa
ciat virtutē alioz medicaminū. De alijs
dico q̄ p̄ir cōpetere: aut q̄ vlcera sūt de
mā ca. aut q̄ medicamina nimis cala p̄
cesserūt. aut q̄ timem⁹ aperirā vene. ⁊ cū
ß oleuz ro. deficcat ratione ro. ⁊ album ē
conglutinat. quare in tali casu bene pos
sunt competere ⁊ exhiberi. ⁊ si adderet̄
cerusa pauca non nimis valeret.

Capitulum septimum de fauoze.

Tunus est lues acu

f ta capitis exiēs sine timore.

Causa. Flegma enīz sal sum corruptum aggregat subꝝ curē: ꝛ nō egredit nec facit tumorē de quo fit curādū: sed mollificat curē. ꝛ si comprimatur erit virulentia multa cū pruritu ꝛ quadā irrigatione sīc mel ex fauo: cū sit flegma purrefactus in cauernis subꝝ curē. Signa non oportet ponere nec pronosticationem.

Cura. Mundificet primo corpꝰm vl'a oīa sicut decet. In priculari opandū est sic. radatur capur: ꝛ abluatur: ꝛ abstergatur et sacrificetur ꝛ postea inungatur. Mālia sunt ista litargīr. ceruſa. aloes. agaricꝰ. aristol'. nitrū. arsenicum. calx. corticēs auellanaꝝ. mucū. castaneaꝝ vstarum. cornu cerui vsti. mirra. carhimia. thꝰ. masticis. stercus colūbinū. semē ruthe. sinapis fella oleū lauri. acetū. oleū nucū. ꝛ aqua. Eligatur igīt ex his ꝙz exigentiā hūoris ꝛ etatis ꝛ aliorū particularitū. ꝛ pōt fieri pul. ꝛ qō desup aspgatur. vel oleū vel vnguētum. vel linimentū ꝛ sil'ia. In pueris tū lactātibus sufficit litargīr ceruſa. fuligo. ꝛ acetū. ꝛ oleū nucū. In aliquibꝰ enīz exterescētis in capitibꝰ lactantiū non debemus appōere nimis stiptica. sicut galla. ꝛ acatia. nec nimis cal'a. vt calx ꝛ sulphur ꝛ arsenicū. sed q̄ desiccāt sine violētia magna. sicut sunt ea que dicta sunt.

Clarificatio. Intelligendū est ꝙ flegma fac̄ pustulas hūidas famosas cū aq̄sitate mīta: ꝛ cum magno pruritu ꝛ dolore. cū enīz flegma salsuz causet ex trib⁹ calidis adustis mixtis cū insipidis. iō licet flegma salsuz sit calidū ꝛ siccū. nō tñ totū qm̄ multum habet de humiditate sicut aq̄ maris. ꝛ ideo rōne hūiditatis aquose est virulēta multa. ꝛ rōne primi adustaꝝ ē calor dolor ꝛ pruritꝰ. Sz in hoc differt a sanguine: qz in sanguine est rubor ꝛ minor pūctura ꝛ minor dolor. ꝛ differt a melā ꝛ col'a: qz ibi est modica aquositas ꝛ virulēta rōe sicci dñantis. Nec igīt ē ibi tāta siccitas quin hūiditas multa sit cōicans: ꝛ vadit tra negociū suū. qm̄ hūiditas ꝛ frītas nō tēperāt calitatem ꝛ siccitatē primū adusta rū: nec ecōuerso. vtrūq; cum est corruptū Secūdo notandū ꝙ theodoricon emperiscon. ꝛ medicine elicce bñ possunt cōperere. licet egritudo in se quantū est crepre forme nō sit fortis ꝛ forti egritudini fortis correspōder medicina. nihilominꝰ cōpetere pōt qz daf in pua quātitate. et qz mā est grossa viscosa corrupta: facere parata magnū morbū. ꝛ nō esset eradicabilis a quocūq; medicamine nisi esset ibi el'is. aut coloquint. ꝛ cū hoc etiam quia est i parte multū remota. Medicine igitur elicce cōperunt ꝛ in hoc casu cū temperamento si eras pmiserit. Terio notādum est ꝙ mirra ꝛ rose ꝛ sil'ia stiptica bene possunt cōpetere in his passionibus capitis nec oportet timere de ꝓdusione materie. qz corpus mūdificatū est: ꝛ scarificatio facta est. ꝛ ideo abstergūt ꝛ desiccant ꝛ mundificant. Nullus igitur decipeps pp talia terreaf. nisi stiptica nimis excederent: ꝛ eras esz infantia. Quarto notandū ꝙ acetū pōt cōperere i flegmate salso: qm̄ pars adusta destruit ꝓpter frigiditatē: ꝛ pars humida ꝓpter siccitatem: ꝛ qz cum alijs admiscetur. ambulate ergo in luce.

Capitulum octauum de tynea.

Tinea est scabies

t capitis cū squamis ꝛ crustis ꝛ pilorū cuulsione: ꝛ colore cinericio ꝛ odore fetido: ꝛ aspectu abominabili.

Cause. Causa huius passionis sunt hu. corrupti qui aliqñ sūt advtero aliqñ post propter malū regimē infantis: aut nutricis: aut viri: aut mulieris tineosi existētis. ita ꝙ aliquādo est cū sanie ꝛ fauo ꝛ virulentia: ꝛ aliquando sine. ūmo vtplurimū ē magis sicca ꝙ humida propter vehementem hu. corruptionem ꝛ adustionem.

Signa. Signa huius passionis dicta sunt in descriptione. quoniam quando videmus in capite scabiem spissam crustosam cum squamis multis ꝛ pilorum cuulsione: ꝛ bifurcatione: ꝛ colore cinericio sīc fr̄a formacis. ꝛ odore fetidissimo. tunc tineam indicabit.

f ij

Prognostica. Tynea aut est recēs aut antiqua. Si recens cū difficultate curaf. Si antiq aut nunq aut cū labore magno z i lōgissimo tpe emi mala cōplexio venit ad tantā ad equationē q quasi nō recipit curationez z iō si curef raro ibi pili nascūtur. z illa pars semp erit debilioz. z dato q curef semp erit opprobriū sempiternum: quia rasçati vocantur.

Cura. In etate lactante z in etate infantie cū debilib⁹ debem⁹ incedere. rectificetur igit regimē nutricis z postea mungaf puer cū isto vnguēto. ℞. litargir. ceruse. carimie. fuligīnis. gallarū antiquaz pforatarū. aā. ʒ.i. cōficiātur cū aceto z fece olei antiqui z cere. q. s. z fiat vnguētum. Vel cū isto. ℞. succi fumi terre. succi scabiose. succi lapacij acuti. succi cnulle cāpāe. aā. lib. ß. litargiri. ʒ. ij. misceantur cum assungia porc antiqua. z si necesse fuerit ibi oleum nucū z cera. q. s. apponaf. Ista eiz sunt sine oī piculo q̄libet etate. Si āt sit in maiori etate digeratur mā z euacuef p̄m exigentiā hūoris peccantis siue humor sit calidus siue frigid⁹ deinde stupef. deinde radaf. deinde ungatur cū vnguentis frigidis z siccis sicā est ca. sicut sunt reste auellanaz vstarū z sikium cū additione litargiri z ceruse z similiū. Si aurē causa fuerit frigida ungatur cū arogon z marciaton acuatis cū calce z sulphure. In causa igit antiqua fiat tale vnguētū. ℞. elli albi z nigri. sulphuris viui. z attramenti. auripig. litargir. calcis viue. vitriōli. alluminis gallaz fuligis. cinerū clauellataz. aā. ʒ. i. argenti viui extincti viride heris. aā. ʒ. ij. fiat pultic. ℞. succi boz. succ scabiose. succi fumi terre. succi lapacij acuti aā. ʒ. iij. bullīāt sil lento igni cū fece olei antiqui. z cū aceto z puluis precedēs i fine decoctionis apponatur. z addaf piscis liquide. ʒ. ß. cere q. s. z fiat vnguētum. Istud vnguētū. p⁹ cul dubio tante virtutis est q in corpore mūdificato omnē infectionez p sciēciam hūanam curabilē curat. siue fuerit tinea, siue scabies. malū mortuū. siue morphea siue quodcūq; aliud gen⁹ infectiōis. ḡre in honore z reuerētia habeaf. ſz i tyneis cū picēcauali pōt fieri ca pell⁹ z capiti imponaf z frequēter oia innouenf. z frequēter caput abluatur: aut cū vrina proprīa: aut cū lixiuio facto de cineribus clauellacis.

Clarificatio. Intelligendū circa istā mām q aliq in curatione tinee faciūt flōtam de venis q̄ sunt post aures. z aliq iponūt medicamina in aurib⁹. z aliqui querūt gallas virides. z aliqui dāt carbamiā p os. z aliqui dant terrā sigillatā. Breuiter sine disputatione ad oia ista dico de primo q flōta nō ɔz fieri de venis q̄ sunt post aures, qz ibi sunt vene iuueniles z sterilizarent sed de venis que sunt in pulpis auriū ē tolerabile post. vij. annos donec sint in etate in qua possit flōta fieri de brachio. vltramarini tñ istam minutionē plus cō sueuerūt q̄ nos. De secūdo dico q̄tū oc curit mihi de pīti q nō approbo q p̄pter tineā aliquid in auribus stillef: cuz multi modi alij curationis iueniantur. z infecta possent aurib⁹ nocere. De tertio dico sine preiudicio: q galle antique in tantū etiā q perforentur sunt meliores, qz recētes z virides nimis coartāt z constringunt: z potissime in pueris. De quarto dico q̄tū est de presenti q in hoc casu mineralia abint⁹ administrenf: nō videf rōnabile: cū talia sint quasi venenosa et lepr̄osa q̄rum est de genere mineraliū. et hoc est manifestū illis qui aliq̄d in alchimia cōsiderant. Ad vltimū dico q tolerabile est dum tñ ponātur in pua q̄ntitate z cū alīs misceanf. Secūdo notanduz q in tinea est magn⁹ fetor. z causa huj⁹ est qz vtplurimū causaf ex hūoribus calidis corruptis z potissime ex sanguine corrupto z p̄tro aliqui vocāt istā passionē carbūculū: qz sicut carbūculus causatur ex sanguie corrupto ita z ista passio. Alij āt vocant semoti: qz multas pres capitis semotas z remotas varias z diuersas tenet. Aliqui appellāt tineā quasi totū tenēs z B fit potissime in maiori etate. Et ē intelligendū ēt q tinjosi qñ scalpūt se in p̄incipio sentiūt magnā delectationem: qz se paraf discōuenies a cōueniēti. z postea sentiūt magnū dolorē: z qz trahūtur humores corrupti pūgitiui: z p̄pter solutionē p̄tinuitatis. Tertio aduertēdū q aliq

dubitant facere flōiam in tinea cōfirma
ta hoc est ī manifesta⁊ detecta.Iz eras ⁊
alia ptcularia cōsentiāt.Et mouētur ex
hoc q⁹ in variola cōfirmata non cōpetit
flōia.Dico q⁹ insufficiēter mouētur:qm ī
variola cōfirmata vt dictū est in libro p⁹
nō cōpetit flōia:cū corruptio sit magna
valde:⁊ essz timendū q⁹ mā corrupta tra
heretur ad interiora. Sz in tinea nō est
sic:qm licz sit corrupta nō tm itantū: nec
etiā est venenosa sicut in variolis.quare
licet in variolis cōfirmatis nō cōperat
floia.B tm pōt ꝓpterē flōia. igit in tinea
cū ꝓueniēta ptcularū nō oz formidare
Cap.ix.de pediculis ⁊ lendib⁹.⁊c.

Pediculi lendes et

p pessolate sunt quedā aialia
p viā putrefactiōis iuxta ea
tem generata.Qñ hūores sunt corrupti
in corpe q⁹ nā oīno nō pōt regere nec oī
no dimittit. tūc ꝓpellit ad cutē p viā cu
tisdā defudatiōis. ⁊ q⁹ mā est grossa cū
est iuxta cutē:cū calor agit quodā modo
desiccat illā materiam ⁊ gñatur quedam
pellicula.includitur igitur in pellicula va
por cum aliquali calore.⁊ cuz agit in ma
teriam ebulliendo q⁹ trahit ad calorem
humidū: ō suscipit speciē vite ⁊ generā
tur inde aialia in capite ⁊ in toto corpo
re ⁊ in assellis ⁊ pectine : sed illa vocant
vulgariter pesso lare. Et parte aūt mate
rie magis humide generātur pediculi.⁊
ex pte magis sicca generant lendes.⁊ ex
pte media generātur pessolare q̄ adherēt
pectini ⁊ assellis.generātur aūt ex quoli
bet quatuor humor. Causa aūt antece
dēs pōt esse malicia regimis:sicut est cra
pula:⁊ multa comestio ficuū ⁊ castanea
rū ⁊ aliorū fructuuz:⁊ malicia cultore ca
piris ⁊ totius corporis.⁊ tarda muratio
vestimētorum:⁊ similia.

Signa. Quādo aūt ista aialia ⁊ po
tissime pediculi generātur ex
sanguine trahūr ad rubedinē: ⁊ qñ ex co
lera ad citrinitatē.⁊ qñ ex flegmate ad al
bedinē.⁊ qñ ex melīa ad nigredinē.

Pronostica. Quādo multiplicā
tur pediculi potissi
me ꝓpter cās extrīsecas:signāt morphe
am aut lepzā:q⁹ calor naturalis est dimi
nutus nō potēs regere materiā vt opz.
⁊ cū hoc calor extranei incipit ebullire.
Si aūtē venerint ꝓpter cās extrinsecas
signāt pauptatē aut ignauiā.paupes eiz
⁊ religiosi q̄ multiplicāt cibaria flegmati
ca ⁊ melīca abūdant in pediculis. simili
ter hoies ferales qui de cultu sui corpo
ris modicum curant.

Cura. Curantur aūt pediculi p mu
tationē vite ⁊ regiminis.vtaf
igitur abis laudabilib⁹ ⁊ purgef corp⁹
ꝑm exigentiā humoris peccātis.⁊ vtatur
exercitio rēperato.⁊ vtatur balneis aque
salce.⁊ mutet vestes.⁊ oret corpus:suū
⁊ silīa. Deinde ungaf si corpus ē cal ide
cōplexionis cū isto unguēto extringatur
argentū viuū.⁊ cum litargiro.⁊ aceto.⁊
oleo misceaf.⁊ inungaf caput ⁊ totū cor
pus.aut inungaf corrigia ⁊ circūcingaf
carni.⁊ interficiētur oēs pediculi. Si āt
esset frigide cōplexionis.fiet mixtura de
auripigmēto ⁊ stafisagria.⁊ oleo amigd.
amarū ⁊ aceto.⁊ inungaf corp⁹ aut coni
gia ⁊ carni applicef. ⁊ hoc est cōgruū re
ligiosis.Stafisagria aūt vocatur herba
pedicularis.q⁹ a tota specie interficit pedi
culos ⁊ in auib⁹.⁊ ideo terif ⁊ pulueriza
tur ⁊ supra carnes nudas aspergīf ⁊ daf
auibus ⁊ occidit pediculos. Si aūtē vo
lueris bene a corruptionib⁹ purgare: vl
bene mūdificare: tūc puluerizef aloe et
aspergaf supra carnes.⁊ dentur volatili
bus viuēnb⁹ de rapina:⁊ summe liberat
a malo q⁹ habēt in gozia.

Clarificatio. Mirabile videtur
lepram:cū pediculi generētur ꝑ viā mū
dificatiōis.⁊ cū hoc q⁹ materia talis est
q⁹ suscipit spūm vite. In lepza aūt ē corr
ruptio ⁊ mortificatio . Dico sicut dictū ē
q⁹ multitudo pediculoū sunt signa ꝑnia
ad lepzā.protūto qñ sicut lepza generaf
ex qlibet hūore corrupto cū paupie calo
ris naturalis ⁊ ebullitione extranei calo
ris.ita ex hu. corruptis vbi incipit fieri
ebullitio gñantur pediculi licet nō sit cor
ruptio tāta:q⁹ incōpletū ꝓcedit cōpletū.
ō pediculi vbi ē corruptio incōplera ꝓ
cedūt aliqñ lepzā vbi est corrup.io pple
ta.nō tm est necessariū q⁹ signū est remo
tū:⁊ pōt multis modis ꝑdiri vt dictuz

est in curatione. Nō igr̄ veniūt pediculi p viā mūdificationis cōplete: qz spūs vite suscept⁹ ex putredine traxit originez. Scdo intelligēdū q pediculi generant primo a calore naturali mām expellētis ad exteriora: q̄ circa cutez expulsa ꝓpter sui dispositionē p̄ refrit ⁊ corrūpit: ⁊ ita cōcipit calorē extraneū. ⁊ ira mā suscipit spūm vite: sicut in alijs ḡnatis p viā putrefactionis. Tertio intelligendū q̄ q̄ p sunt sanguini, pfunt ⁊ colere. vez ē in alterādo sz nō in cuacuādo: ⁊ ira est ō fleg mate ⁊ melꝛia. Quarto intelligendū breuit̄ ⁊ est vbū notabile: q ō alīq̄ egritudines aliqn̄ magis manifestant in alijs mēbris q̄ in illis mēbris vñ traxerūt originē: sicut pz in egritudinibus stomaci ⁊ matricis ⁊c.

Capitulū decimū de dolore capitis.

Dolor capitis est ac
ō cidens male complexionis sensuum.

Cause. Cause doloris sunt tres. scz mala cōplexio diuersa. solutio cōtinuitatis. aut vtrūq̄z. Diuisiones aūt ꝑticulares causaruz doloris capitis sunt. rij. Dolores capitis quidā sunt a cā intrinseca: quidā ab extrinseca. ⁊ quidaz cū mā. ⁊ q̄dā sine mā. Et q̄dā est dolor q̄ est morb⁹ p se. ⁊ quidā p accidēs. ⁊ q̄dā est dolor q̄ venit a cā ꝓpinqua cerebri. ⁊ q̄ dā a cā remota. ⁊ q̄dā est dolor abint⁹. ⁊ quidā ab extra. ⁊ q̄dā est qui ꝓtinet totū ⁊ q̄dā q̄ ptē. ⁊ q̄ dā est fortis. ⁊ quidā debilis. ⁊ q̄dā q̄ venit su bito in tpe sanitatis. ⁊ quidā nō. ⁊ q̄dā ē q̄ significat crisiz ⁊ quidā nō. ⁊ q̄dā ē ad quē sequūtur alij morbi. ⁊ q̄dā nō. ⁊ q̄dā ē recēs. ⁊ q̄dā antiqu⁹. ⁊ quidā ē cū remanet. ⁊ quidā sine remanet. Modo ꝓsequamur. dolorū q̄dā est a cā intrinseca ⁊ q̄dā ab intrinseca Cause enim extrinsece sunt multe valde sed vt reducant̄ ad numerū possunt esse xij. Prima est casus ⁊ pcussio ⁊ obuiatio ⁊ alia hmōi. Scda cā pōt esse caliditas solis. aut ignis. aut aeris. vt dieruz cani cullarū. aut vnguēta ⁊ alia hmōi. Tertia cā extrinseca pōt ee fritas niuis aut aeris aut aquaz aut vnguētoz ⁊ hmōi. Quarta cā est nimia siccitas aeris aut vnguentoz ⁊ similiū. Quinta ē nimia hūiditas aquarū aut pluuiaz. aut lacuum. aut vnguentoz. ⁊ alia hmōi. Sexta cā doloris capitis extrinseca eē pōt ex sufflatio fortis vētoz: ⁊ potissime meridionaliū ⁊ septētrionaliū post meridionales. Septima causa sunt vapores extrinseci elementi ex reb⁹ fetidis. sicut sit cadauera. ⁊ alia fetida. ex aromatib⁹ sicut est liliuz aut muscus. aut cum aliquis respicit puteos antiquos. ⁊ cauernas ꝓfundas mineraliū ⁊ similiū. Octaua cā est nimi⁹ motus siue aialis sicut est ipet⁹ ire aut furoris ⁊ similiū. aut corporalis sicut est cursus. labor. coit⁹ supflu⁹. ⁊ alia hmōi. Noua cā pōt esse nimi⁹ somn⁹ ⁊ ꝓfund⁹: ⁊ iordiat⁹ ⁊ i tpe nō suo: ⁊ vigilie supflue. Decia cā balnea supflua ⁊ iordinata sulphurea ⁊ silꝛia. Undecia ianicio nimia aut repletō nimia ⁊ crapꝛa. ⁊ ebrietas. ⁊ acceptio ciborum fumosoz. sicut sunt allia. cepe. ⁊ vinū forte. ⁊ fruct⁹ ⁊ silꝛia. Duodecima cā pōt esse sonus terribilis sicut ē tonitrui aut magnaz rotaz. Decimatertia pōt eē nimia capitis cooptura. nō eiz est ira foz te caput quin summe ex nimia capitis cooptura debilitet si cōtinuet. Ista enim extrinseca ⁊ alia eis ꝓportionata ꝓsueuerunt dolorē capitis generare. Si aūt fuerit a cā intrinseca hoc est q̄ sanguis dñatur. aut colꝛa. aut flegma. aut melꝛia. aut vērositas. aut hūida simplicia aut cōposita. aut vermes qui possunt interi⁹ in capite ḡnari. sicut dicit Auic. auctoritate in dorū. licet sit de raro cōtingentib⁹. Secunda diuisio principalis est ista. dolor q̄dā est cū mā. ⁊ quidā sine mā. Sine mā aut est ex mala cōplexione tm̄. aut hūida aut sicca. simplicib⁹ aut cōpositis. Si cū mā qn̄ peccat sanguis. aut colꝛa. aut flegma. aut melꝛia. aut vērositas. aut aquositas. simplicib⁹ aut cōpositis. Tertia diuisio principalis. Dolor quidā est morbus p se. ⁊ quidā p accidēs. Per se appellat morbus qn̄ aliquis notabilis morb⁹ nō precessit: licet ꝑm veritatē ꝑcesserit mala cōplexio diuersa: aut solutio continuitatis. ⁊ ideo est ista denominatio vulgaris non realis. Morbus aut̄ p accidēs appellatur qn̄ dolor capitis sequitur se. aut apostemata aut alios morbos. Quarta

diuisio principalis q̃dã dolor est q̃ venit a cã priuata cerebri.⁊ quidã a cã remota A cã priuata appellaf qñ cã immediata ⁊ antecedẽs est in cerebro nõ aliũde cuiẽs.Cã rẽota qñ vapores ⁊ fumi ascendunt a stomaco vel ab epate vl a splene vel a matrice:⁊ ita de aliis.Quinta diuisio principalis est qñ quidã ẽ dolor ab intus ⁊ quidã ab extra.⁊ dolor ab intus appellatur qñ est int⁹ subtus craneu⁹ sicut est in pannicul⁹ aut aliis partibus: ꝓpter opilationẽ faceam in venis ⁊ arteriis.quãdo san.⁊ co.opilãt ratione multitudinis.⁊ flegma ⁊ melꝯa ratione grossicie.viscositas aũt flegmati attribuitur ⁊ solũ ab extra: aut est qñ est in ꝓtib⁹ cooperientib⁹ cranei ⁊ locis vicinis exterioribus. Sexta diuisio principalis est ista.Dolorũ quidã est qui cõtinet totum ⁊ quidã qui partem. Quãdo dolor comprehendit totum appellaf cephalea aut ouũ.Et quãdo est in parte aut est immediate aut non. Si est in mediate appellatur emigranea. Si in aliqua parte appellatur clauus.⁊ tũc vulgares dicunt ꝙ fasinari sunt: qñ videf eis ꝙ cã clauib⁹ ⁊ acub⁹ pungant. Septima diuisio fuit talis.quidã dolor est fortis.⁊ quidam debilis.debilis sicut in litargia.fortis est aliquãdo intrans⁹ ꝙ si veniat in pueris frangit craneũ sicut dicit Auic. Si in viris inducit spasmũ. Octaua diuisio fuit talis.quidam est dolor qui venit subito ⁊ repẽte in tẽpore sanitatis nllo modo ꝓcedẽte ⁊ hoc est ꝓpter multitudinẽ materie aut vẽtositatis ⁊ similiũ. Si autem veniat paulatine:hoc est ꝓpter paucitatẽ discrasie. Nona diuisio. quidã est qui signat crisim.⁊ quidã nõ. Si enim in die critico venit dolor in capite cum rubore fauci ⁊ aperitionib⁹ lampadũ crisim per fluxu⁹ sanguinis narium significat.⁊ si veniat cũ titillatione labij inferioris ⁊ dolore precordioꝝ:crisim ꝙ vomitum significat.Decima diuisio. quidã est dolor ad quẽ secuntur alij morbi.⁊ quidam non. Ista diuisio posset contineri sub forti et debili.quoniam aliquando dolor est ita fortis ꝙ ad eam sequitur fe.alienatio. vigilie.spasm⁹.apostema.⁊ ita de aliis. Aliquãdo aũt nullũ istoꝝ sequit.⁊ hoc ẽ qñ est debilis ⁊ corpus nõ est apparatum. Undecima diuisio.Dolorum quidã ẽ recens.⁊ quidã antiquus'.Et appellaf recens quãdo modicũ tempus ꝓterijt. Antiquus aũt qñ multa tpa preceſſerũt qui aliquãdo est ita fortis ⁊ malicios⁹ ꝙ dolor galeatus appellaf:⁊ ita fortis ⁊ totꝫ habituat⁹ ꝙ patiens nõ põt tolerare magnã daritatẽ nec alterã vocẽ. Iste autez dolor antiquus fortis galeatus venit ꝓpter quasdã dispositiones intrinsecas:⁊ ꝓpter quasdã extrinsecas.Dispositiões intrinsece sunt due. fortis ⁊ intensus sensus cerebri.⁊ cuz hoc debilitas naturaf. Cause aũt extrinsece sunt due.frequẽs ⁊ multa comestio rerum fumosaꝝ:sicut sunt allia cepe ⁊ vinũ forte ⁊ silia. Alia est cã nimia cooptura capitis.aliqui enim assuescũt in pueritia portare pelles in capucio:⁊ postea addũt almucã: ⁊ p⁹ ea duo capucia:⁊ ita deinceps ⁊ ita calefaciunt caput ⁊ mollificãt. sicut illi qui nimis frequenter abluũt.⁊ ita qñ iste cause cõcurrunt ⁊ eis ꝓpares:tunc accidit dolor fortis antiqu⁹ geleat⁹ insempiternũ incurabilis causis manẽtib⁹. Duodecima ⁊ vltima diuisio cuz doloꝝ capitis fuit ista dolor capitis quidã est cũ reumate.⁊ quidã sine reumate.cuz reumate qñ aliquis humoꝝ ruinose:⁊ distillatione cadit ꝺ⁹ fus pres subiectas:sicut aures:aut oculi. aut nares.aut palati.aut pect⁹.aut stomac⁹ ⁊ ita de aliis. Sine reumate aũt fit quando nullũ istoꝝ adest.

Signa. Cause aũt extrinsece pñt discerni ꝙ indicia patiẽtis ⁊ assistentiũ.⁊ ꝙ visuz ⁊ tactũ. ⁊ ꝙ iuuãtia et ledẽtia. Cõsiderem⁹ igitur si color faciei vergit in liuorẽ ⁊ inflationez:aut ad citrinitatẽ aut ad liuorẽ:⁊ tangatur locus ad considerandum si est calidus vel frigid⁹. ⁊ applicẽtur ca.⁊ si fuerint cã fuit frida ⁊ si nocent ca.⁊ ita de aliis.Diligens igitur considerator per hunc modum veniet in cognitionem causarum extrinsecarum. Si autem fuerint cause intrinsece: statim debemus considerare si est cũ materia:aut sine materia. ⁊ discernitur sic: quoniam quãdo cũ⁹ adest mã est grauitas in membro. ⁊ si inclinef caput velut si oz̃aret ⁊ subito eleuet:si tunc sentiet pur

batū ⁊ grauē ⁊ pōderosuz: ꝑcḋubio di
ſcraſſia eſt cū materia. Tertiū ſignū qñ
ſupfluitates plures ſolito vadūt ad na-
res aut ad palatū aut ad oculos. Signa
aūt p̄uationis materie p cōtraria ſigni
ficanť. Signa igiť caliditatis cognoſcunť
ex calore ⁊ inflāmatione. Signa aūt fri
gi ditatis ſunt puitas caloris ⁊ inflāma
tionis ⁊ ex malicia cogitationis ⁊ ē vbū
notabile. Siccitas diſcernitť q̄ res eua-
cuatiue ⁊ maniēres p̄ceſſerūt. Signa ār
hūiditatis ſunt ſtupor. Signa igiť ſan-
guinis ſūt calor ⁊ rubor ⁊ aparitio vena
rum inuiſibiliuz in albo oculoꝝ. Signa
aurez colere ſūt pūctura mordicatio ⁊ ſiz
tis. Signa flegmatis paruitas ſitis ⁊ in
flāmationis ⁊ color vergēs ad albedinē
ſomnus grauis: multitudo ſupfluitatuz.
Signa aūt melie ſunt puitas coloris. li
uor. ſomnia terribilia. grauitas ⁊ pōdus
⁊ alia cōſimilia. ſicut eſt etas. tēpus. ꝓſue
tudo. cōplexio. ita q̄ in vtificationib⁹ ſi
gnoꝝ debem⁹ primo currere p oīa nālia
⁊ poſtea p res nō naturales. ⁊ poſt per
res p̄ter naturā. Et deinde debem⁹ ad
ſigna ſpālia deuenire. ⁊ ſic diligēs medi
ci inſpectio ñ errabit. Signa vērositatis
ſunt timi⁹. mor⁹ de loco ad locū. ⁊ ſtrepi
tus. Signa aūt vermiū ſunt corroſio et
dolor acu⁹ pūgitiuus: ⁊ q̄ minus doler
cū quieſcit. Signa aūt nimij ſenſus ⁊ de
bilitatis ſunt q̄. p quacūq; facili cā ledi
⁊ frequēter. Signa aūt reumatis cogno
ſcuntur ꝑ eo q̄ diſtillat p nares aut per
palatū: aut p oculos: aut p tuſſim ⁊ ſiſſia.
Signa aūt q̄ a cā p̄uata cerebri: q̄ do-
lor eſt cōtinu⁹ ⁊ ſine interpolatione. quā
do aūt venit ab alijs mēbris eſt cū inter
polatiōe. Et ſi a ſtomaco cognoſcit per
grauitatē ſtomaci. p nauſeā ⁊ vomitū. et
faſtidiū. ⁊ p malicia digeſtionis. Et ſi eſt
ex eo. magis moleſtat ante cibum. ⁊ ſi ex
flegmate ⁊ melia magis poſt. Attamen
intelligēdū q̄ ois dolor capitis veniēs
a ſtomaco ex quacūq; cā fuerit minor eſt
imediate poſt cibū: ꝓuto q̄ cib⁹ ipedit
aſcenſuz vapoꝝ. ſz negociū vadit ita. qñ
ſi humor flegmatic⁹ vel melia eſt in cau
ſa: poſt ſatis bꝛeue rēp⁹ magis moleſta-
bitur. Et ſi ex inanitione lōgo tpe dura-
bit iuuamētū, ⁊ ſi ex eo, medio oriet, ⁊ iō
multos vidi decrepitos qui de dolore ca
pitis cōquerebanť. ⁊ habebāt habitudi
nem repletā. ⁊ ſigna plenitudinis appa
rebāt. ⁊ dicebāt q̄ poſtq̄ comederāt alle
uiabanť. ⁊ ex hoc credebant eſſe extenua
tionem ⁊ erat alleuiatio mendoſa: quoni
am poſtea maior ſurgebat. Et ſi ab epa
te diſcernitur p grauedinē in dextro ypo
condo. ⁊ in pte capitis dextra: quia illa
pars ſibi ꝓportionabatur. Et ſi a ſple
ne p grauedinē ſiniſtri ypocondrij: ⁊ gra
uedinem in ſiniſtra parte capitis. Et ſi
ex toto per grauedinem ⁊ dolorem in oī
⁊ iõ passio est pcior. Et iuxta hoc sciẽdũ
ꝙ quedã est cõmixtio humorum ꝑ viam
mixtionis: sicut in co. citrina ⁊ in hu. ad
ustis. Et commixtio talis ẽtruz est de se
non facit diuersa simthõra. Est enim alia
mixtio ꝑ viã vicinitatis: sicut est flegma
⁊ cola. ⁊ ita ꝺ alijs. Et hec commixtio ꝑ
viã vicinitatis facit diuersa simthõra. qm̃
ex istis cõmixtis nõ resultat forma: imo
differũt in formis. ꝓprijs ⁊ stib⁹ ⁊ in mo
tib⁹ ⁊ actionib⁹. Quia igit̃ sunt diuersa
lz vicina: diuersa simthõra possunt indu-
cere vnũ alterũ non corrũpendo. Scõo
intelligẽdũ ꝙ lz mã fria nõ sit apta ad re
per antẽdũ de scmb⁹ lomin⁹ a principio
possunt apponi repausiua rõne aposte-
matis ⁊ roe fe. ⁊ potissime in litargia nõ
vera vbi mel⁹ possunt cõperere repausi
na ⁊ fioia ꝙ in litargia vera.

Capitulũ. xv. de cõgelatione.

Congelatio ẽ pas
c sio posterioris partis cere-
bri ꝓpt̃ quaz homo amittit
sensuz in toto corpore.

Causa. Ista passio ꝓuenit ex opila
tiõe ꝓnsposteriorꝭ cerebri
facta ex mala cõplexione fria ⁊ sicca. vel
ex hũore melico frido ⁊ sicco grosso: ⁊ iõ
ista cõuenit istis ꝙ comedũt fruct⁹ infri
gidatos in niue: aut potãt aquã frigidã
aut similia multũ frigida. q̃re fit opilatõ
⁊ spirituũ ingrossatio: ⁊ nõ põt spũs ad
membra subiecta penetrare. ⁊ ita carẽt sen
su ⁊ motu.

Signa. Signũ hu⁹ est qm̃ stat ocu
lis apris ⁊ remanet ꝓfigura
tus ꝑm dispositionẽ in qua inuenit cum
qm̃ si inuenerit ꝓsuz stantẽ: stabit totus
erect⁹. ⁊ si scribat stabit sicut scribẽs. ⁊ si
dormiat stabit sicut dormiẽs. ⁊ si respici
at celũ stabit in eadẽ dispositione. Et ita
de alijs oĩb⁹ corpis cõfigurationib⁹. qm̃
recte in oĩb⁹ dispositionib⁹ dimittit cuz
in quib⁹ inuenit eũ. Attamẽ stat sicut ri-
gidus ⁊ spasmat⁹. ⁊ si tangat̃ non sentit
⁊ si vocet̃ nõ respondet. Et iõ vulgares
qm̃ videt̃ ralẽ credũt eũ esse raptũ: ⁊ ꝙ lo
quatur cũ deo ⁊ angelis ei⁹. Sz tm̃ celuz
vim patit̃ ⁊ violẽter rapiũt illud.

Pronostica. Nisi calefiant ⁊ hu-
mectent̃: sicut cõge-
lati in niue moriunt̃.

Cura. Primũ consiliũ est ꝙ fiant cli
steria fortia: vbi sit fum⁹ terre,
chimus ⁊ epithim⁹. ⁊ cuscute ⁊ yerarufi.
⁊ oleũ sisaminũ. Deinde fiãt fricationes
extremitatũ fortes. ⁊ ligature corarũ do-
lorose. ⁊ capi: purgia. ⁊ fiãt fomẽtationes
circa caput cũ ãthos. boeragin⁹. fumo
terre. ⁊ camomilla. ⁊ aneto. Et inungat̃
caput cũ oleo ꝺ lilio ⁊ oleo sisamino. Et
si est cõpos sui ipi⁹ aliquo modo: digera
tur mã cuz sirupo de fumo terre. ⁊ opill'.
squill'. ⁊ purget̃ cũ yerarufi: ⁊ yeralogo-
dion. Postꝙ aũt sum⁹ mãm ⁊ cũz pecca
tem agam⁹ ꝑm exigentiã materie peccã
tis: ⁊ male cõplexionis: ⁊ periculi patiẽ
tis. Clarificatio posita fuit supi⁹: ⁊ põt
fieri⁹: cũ ꝺ agat̃ mlt̃pliciter de nocumẽ
tis virtutis aiate sensitiue ⁊ motiue.

Clarificatio. Intelligendũ lz sue
pi⁹ facta fuerit men
tio: ⁊ inferius etiã fiat. ꝙ differẽtia ẽ inter
somnũ naturalẽ ⁊ stuporẽ ⁊ cõgelatio-
nẽ ⁊ litargiaz. qz in oĩbus istis corrupta
est virtus tactiua ⁊ motiua. oẽs isti vidẽ
tur quodaz modo dormire. Bal. aũt tra
cat istã materiã in fine quarti de morbo
⁊ supra illũ amplm̃. somn⁹ ⁊ vigilia ⁊c.
Intelligendũ igit̃ ꝙ ꝓgelatio ⁊ litargia
sunt magis i ꝑte posteriori cerebri. Sõ
nus aũt naturalis ⁊ stupor sunt magis in

parte ãteriori. Preterea differt litargia a congelatione. qz litargia fit a frigido ⁊ hũido. sed congelatio quã Bal. vocat ca thalensiaz causaꝫ ex frido ⁊ sicco. Somnus aũt longus innaturalis ⁊ pfundus differt a stupore. qz in sõno patꝫ magis sensus cõis: cũ sõn⁹ sit ꝓpria passio sensus cõis. In stupore ãt patꝫ magis virtus tactiua q̃ in neruis ẽ. Preterea i alio differt: qz stupor ẽ diminutio mot⁹ ⁊ sensus: ⁊ ideo põr eẽ stupor in vigilijs. sz in somno est ablatio sensus ⁊ mot⁹ ⁊ iõ nullo modo vigilijs. Preterea differt stupor a congelatione. qz stupor est in virtute tactiua magis: ⁊ ꝯgelatio in mortua. Et in alio qz in cõgelatio ne semp sunt oculi aperti: sz in stupore nõ sic. Preterea differt litargia a somno. qz in litargia est febris ⁊ apostema. in somno aũt nõ. vter q̃ tñ excitari põt. si alta voce vocenꝫ et ꝓpria noie appellẽtur. Et in b differũt a cõgelatione: qz cõgelat⁹ est frigidus ⁊ quasi spasmat⁹. Et differũt in b eriaz ab apoplexia ⁊ epilẽtia ⁊ syncopi ⁊ casu matricis. Isti enim oẽs excitari nõ possunt nisi ꝑtransacto periculo. alij aũt licet excitari tamẽ statim reuertunꝫ ad ꝓpriã passionẽ, nisi cõtinue excitentur ⁊c.

Cap. xvi. de somno ꝓfundo innali.

Omnus est reuer

sio spũs aialis ad interiora cũ ꝑmutatione sensus ⁊ motus nisi q̃tum est necessariũ anhelitui.

Cause. Causa hui⁹ ẽ frigiditas partis anterioris cerebri aut humiditas. aut virtuoz. aut fatigatio. aut diminutio caloris nalis ⁊ spũs. Intelligẽdũ est circa istaz materiã. q̃ quidã ẽ somnus naturalis: ⁊ quidã innaturalis ⁊ ꝑter naturã. ⁊ quidã vicinaꝫ naturali. ⁊ q̃dã vicinaꝫ plus ad ꝑter naturã. Sõnus eĩm naturalis est quies aialiũ cũ intentione naturaliũ. ꝓpter reuocationẽ caloris vitalis ⁊ aialis ad interiora. Intelligendũ est ꝑm intentionẽ Bal. quarto de morbo in fine pricule. qm̃ in somno ligaꝫ sensus cõis q̃ ẽ i pte anteriori cerebri ⁊ ligaꝫ solũ ex hũido suaui tpato resoluto a tripli ca digestiua. ⁊ ideo cessant ⁊ quiescũt oẽs ọpationes aiales sensibiles ẽteriores. ymaginatiua aũt nũq̃ quiescit ꝑm intentionem Auic. in naturalib⁹ suis. ⁊ ꝑm intentionẽ dñi Alberti in pbya sua. nec in tpe somni nec in tẽpore vigiliaꝝ q̃scit ergo virtus aialis ⁊ fortificaꝫ naturalis. et iõ tũc fit bõa digestio ⁊ virtutũ totꝰ corporis corroboratio. Cũrt⁹ aũt vitalis remanet in dispositione sua: ⁊ ꝑm pulsuz ⁊ ꝑz anhelitũ. Si ergo somn⁹ naturalis fiat i debita q̃titate ⁊ ordine: opationes totius corpis corroborantꝫ. Si aũt sit nimis ꝓfundus aut plirus aut in tpe indebito nõ est nalis. Sõnus aũt naturalis fit ex hũiditate sola. oĩs ãt somn⁹ alter ab isto innaturalis est. Est aũ alter somn⁹ q̃ vicinatur naturali. vnde qui habuit febrem fortẽ ⁊ insomietatẽ magnã: ⁊ modo post crisim dormit somno ꝓfundo ⁊ plixo talis somn⁹ vicinaꝫ nãli: q̃uis b bon⁹ est. sz in tpe sanitatis nõ essz bon⁹. Idẽ ẽ post medicinã laxatiuã. Est eĩm aliꝫ somn⁹ q̃ vicinaꝫ innaturali vt ille qui ẽ post labores ⁊ exercitia ⁊ fatigationes fortes ⁊ siꝫia. Et est alter somn⁹ qui est penit⁹ innalis ⁊ est cã quadruplex q̃tũ est de pũi. Prima cã est frigiditas ꝓmia iterior siue exterior: siue fuerit ex aere seu vento: seu nive: seu ex narcoticis exterius applicatis siue interius bibitis sicut est opium. mãdragora. iusquiam⁹. papauer. cozandz recẽs. sucus lactucẽ. ⁊ siꝫia. talis eiz somnus assimilaꝫ cõgelationi ⁊ stupori. Secũda cã est hũiditas nimis opilãs ⁊ molificãs neruos. ⁊ talis assimilaꝫ ebrietati. Tertia cã est frigiditas iũcta cũ hũiditate. ⁊ si anhelit⁹ manet in dispositione sua assimilatur litargie. ⁊ si aggrauaꝫ assimilatur apoplexie ⁊ epilẽtie. In oĩb⁹ istis trib⁹ causis somn⁹ est innaturalis grauis ⁊ ꝓfundus. ⁊ talis ꝓfundatio somni appellatur subeth apud auic. Quarta causa põt esse aggrauatio cerebri ⁊ aliorum membrorũ. sicut vbi gra casus ⁊ cõpressio cerebri. ⁊ stupor. ⁊ fum⁹ resolut⁹ a pulmone. ⁊ cibus mozãs multũ in stomaco: ⁊ puenit ab epate ⁊ matrice q̃ male matre ⁊ corrupte ascendũt ad cerebrũ ⁊ stupefaciũt eũ. ⁊ põt prouenire ex nocumenti specie debilitante. ⁊ accidit etiã somnus grauis ⁊ profundus in principio para-

ſtinorum febrium.

Signa. pgefactione ſentit ſe leuẽio cũdũ ⁊ ylarẽ. ⁊ qñ fuerit in naturalis ſentit ſe grauẽ ⁊ ponderoſus. ⁊ ſi fuerit frĩtas ĩ cã precẽſſit crẽpus multũ frigidũ. ⁊ eſt cor pus ãſi rigidũ ſpaſmatũ. Et ſi ex narcoti cis apparet odor ĩ ore ⁊ mutat coloꝛ ad lunidĩtatẽ. Et ſi eſt ex hũiditate flegmatica: ẽgit caloꝛ facici ad albedinẽ. ⁊ ſi ex ſã guinea ad rubꝛẽ. Et ſi cõponant cauſe ⁊ ſigna ſiliter. ⁊ ſi ẽ ab alijs membris cognoſcatur ex doloꝛe loci. qz vbi doloꝛ ibi eſt egritudo. Si igit̃ venerit ex cerebꝛo vel ex quacũq; cã alia ſemp pceſſit grauitas in illo mẽbꝛo. ⁊ ſi a ſtomaco nauſea. ⁊ ita de alijs. Nũc aũt ſciẽdũ qz aliquando dubitat̃ ſi eſt grauis ſomn⁹ ⁊ pfund⁹ qui ſuberth appellat̃ apud Auic. aut eſt alia paſſio. Ideo intelligenduꝛ q differt ab apoplexia vl̃iter. qz in in apoplexia ſenſus ⁊ mot⁹ ſunt ablati in toto coꝛpe ⁊ nõ põt reſpõdere quicq̃: ⁊ nõ põt exitari. ſz iſte põt exitari: ⁊ mot⁹ ſunt leuiores. Si aut̃ fuerit ſincopis cordis tunc facies aſſimilatur facici mortuoꝝ. ℔ aũt non ſed magis facici ſanoꝛ cũ facie ſubrumida. Si aũt fuerit ſuffocatio matricis ſz intelligat rñdere nõ põt. ℔ aũr exitat ⁊ reſpõdꝛ: ⁊ alia q̃ dicta ſunt in capꝛo immediate precedẽti.

Pronoſtica. Omnis ſomn⁹ qui venit ex nimia imanitione ⁊ vehemẽti ſpũs debilitate eſt peſſimus inter oẽs ⁊ magis vicinat̃ moꝛti. Dormire ſupra doꝛſum malũ. dormire in ſole peius. dormire in radicibus lune ⁊ potiſſime qñ intrat p anguſtum foramen peſſimũ. imo facit ſcreare ſanguinez ſicut dicit Auic. ꝓpter nimiã hũiditatem. Et dicunt exꝑti q ſi radij lune intraverint p feneſtrã ⁊ tetigerint ronanũ vlceratum: eſt cã mortis cũſdẽ. Dis ſomn⁹ cũ grauitate in declinatione poſtimoꝝ febris cõtinue mortalis eſt. qz iuuare ſolẽtia cũ nõ iuuent: moleſta ꝓualdubio eſt cecũ ſignificatio. qñ ſe. cõtinue habẽt poſtimũ ſuo modo. ⁊ in fine illi⁹ acceſſionis debeꝛet iuuare. ⁊ ſi noceat mortale ẽ. Dis ſõnus ꝓfundus preparat ⁊ diſponit ad litargiam ⁊ apoplexiam. ⁊ ita de alijs. Et ita Ouidius. ſtulte quid ẽ ſomn⁹ gelide niſi mortis ymago. longa quieſcenti tempoꝛa ſacra dabunt.

Cura. Si aut̃ ſomn⁹ grauis ⁊ profundus accidat in principijs poſtimoꝝ febriũ qui frequẽter accidit ⁊ eſt multũ nociu⁹. iõ primo de ipſo videamus. Ponatur patiens in loco luminoſo ⁊ fiãt ſibi fedia multa. ⁊ fiant ſibi frictiones extremitatuꝝ. ⁊ odoꝛet acetum ⁊ inungatur caput cuꝝ oleo roſ. ⁊ acero aut agreſta. aut vino maloꝝ ſyꝛiaꝝ. Si ãt fiat ꝓpter paſſiones alioꝝ mẽbꝛoꝝ: curẽtur illa prius. Si aũt fuerit ꝓpter narcotica: vtatur tyriaca. Si aũt fuerit ꝓpt malã ꝓplexionẽ frigidã: vtak mettidaro. ⁊ vtak iſto clꝛio. ℞. diãthoſ cũ muſco pliriſ muſco. potiõis muſcate. añ. ʒ. iij. miſceãt̃ Jte odoꝛet muſcũ. ⁊ lignũ aloes. Si aũt fuerit ꝓpter humiditatẽ: odoꝛet caſtoreum. ⁊ nucẽ muſcatã. ⁊ ſquinãtuꝝ. ⁊ fiat ex eiſdẽ oleũ ⁊ iungat̃ caput. Si autẽ fiat ꝓpter vtrũq;. ſ. ꝓpter frigidũ ⁊ hũidum. tc̃ nõ põt eſſe ſine mã pcc̃ãte: aut valde raro. ⁊ tunc ꝙ ordinẽ fiãt oĩa que ſunt in litargia. niſi ꝙ poſt vniuerſales purgationes fiãt fomentationes verſus ꝓtẽ anteriozẽ ex caſtoreo ⁊ eufoꝛbio ⁊ calamẽto ⁊ ſiſib⁹. ⁊ nũcientur frequẽter noua triſtoſa terribilia ⁊ doloꝛoſa animũ agrauantia. Si aũt fuerit ꝓpter nimiã inanitionem ⁊ ſpirituũ exalationẽ: forte nõ eſt via. dꝛetur igit̃ ſuccus gallinaꝝ aſſataruꝝ: ⁊ panis cũ vino. ⁊ odoꝛet aſſa ⁊ pigmentaria. ⁊ vina muſcatella. ⁊ oẽ genꝰ aromatũ: ⁊ velociter nutrimentum ⁊ requieſcat in pace.

Clarificatio. Si dubitaret aliqs quõ iſtoꝝ inducat vnimus nocumentũ in actionib⁹ virtutũ alia liũ: aut frĩtas aut hũiditas. Dico q reſpiquis paribus exiſtẽtib⁹ mai⁹ nocumentũ venit ex frigido cũ ſit q̃litas activa ⁊ foꝛtis. hũidum ãt eſt q̃litas paſſiua ⁊ ꝺ facili reſicciat̃ ſm Bal. vij. de igenio. Sz ꝓp illud qꝺ ꝺr in terno ꝺ interioꝛib⁹. q hũidum eſt in confuſione aẽ in ſcꝺo gradu. frigidum in primo: ⁊ ita videt nocumentum hmõi ſmo di maius. Dico q hoc eſt ꝓpter humidum qꝺ vt frequenti⁹ ẽ cũ mã ⁊ eſt abundãtius ita per accidẽs ma

gis nocet. Si ponerent amba equalia videret q̄ de nā rei magis ledat frigidū. q̄ humidū. ⁊ ita somn⁹ pfundus ⁊ stupor ⁊ cōgelatio. ⁊ silia q̄. pueniūt ex frido sūt peiora q̄ q̄. pueniunt ex humido: nisi mā q̄ vrplurimū est cū hūido ipediat ⁊c.

Capitulū. xvij. de stupore.

Stupor est diminu
s tio sensus ⁊ mot⁹.

Causa. Causa huius est oē illud qđ impedit trāsitū spūs ad neruos. Intelligēdū q̄ aliq̄ appellāt ablationē sensus ⁊ mot⁹ in toto stuporē. ⁊ b̄ nō est stupor sz apoplexia aut epilēsia. Aliqui appellāt mollificationē stuporē. ⁊ b̄ non est ppie stupor sed palisis. Per stuporē igit intelligo diminutionē sensus ⁊ mot⁹ in aliqua parte corporis. ⁊ iō vulgariter appellat dormitatio mēbri. sicut cū aliquis tenuit tibiā supra aliā: tūc ñ bene sentit: nec bñ pōt moueri donec aliquātulū steterit. talis dormitatio appellat stupor. Et iō p⁹ capl'm de somno egim⁹ de stupore. ppt quādā puenientiā. qm̄. ppter diminutionem tactus videt mēbrū obdormitum. Intelligendū q̄ sensus ⁊ mot⁹ aliq̄n fiūt p vnū neruū: aliq̄n p duos. Si p vnū et spūs nō possit sufficiēter puenire. tūc stupor est diminutio sensus ⁊ mot⁹. Si aūt fiat p duos: tūc si adueniat nocumētum neruo tactiuo: tūc bene mouet sz nō bñ sentit. ⁊ tūc stupet. ⁊ ē diminutio sensus tact⁹. Et si pareret neru⁹ motiu⁹ ⁊ nō sentitiuus. tūc magis timeret ad palisiz. et ita videt propie q̄ stupor nō est nisi patiatur sensus tact⁹. aliter nō esset mēbrū stupidū seu obdormitū. Et q̄ ledit opatio mēbri organici. iō Aut. appellat stuporē morbū officialē. Cause aūt q̄ impediūt transitū spirit⁹ ad neruos sunt multe. Prima. s. paupras caloris ⁊ spūs nō potentis se multiplicare vsq; ad neruos. Scōa cā pōt esse nimia fritas exterior sine interior cōdensans spūs ⁊ opilās neruum vel pūctura alicui⁹ aialis venenosi vel tact⁹ cuiusdā piscis q̄ narcon appellatur. Tertia cā ē nimia caliditas dissoluens spūs: sicut sunt febres ardētes: aut nimia mora in balneo. Quarta cā est siccitas corrugās neruos. ista cā est valde mala. Quinta cā est hūiditas sine. materia disponēs ad opilationē. Sexta causa est nimia strictura cōpressio ⁊ ligatura mēbri. Septima cā ē opilatio facta a q̄li ber hūore. sive sit sanguis opilans rōne multitudinis. sive flegma rōne viscositatis. sive melia rōe grossicie. sive cola cā admixtione alioz. Ultima causa duricies ⁊ grossicies nerui.

Signa. Signa stuporis sunt manifesta ex iudicio patientis. ⁊ hūores cognoscunt p. ppria signa. Nec est differētia inter stuporē ⁊ somnū innaturalē. qm̄ stupor est in vigilijs. somn⁹ in naturalis nō. qz tūc esset oppositū in obiecto. Ista magis complete sunt dicta in capl'o de congelatione.

Pronostica. Stupor aduenies cerebro si primaueritapoplexiā aut epilentiā signat. Et si fuerit in facie signat torturā. ⁊ si in alijs pubus: aut tremorē aut palisiz. Stupor igitur cōtinuatus semper malus.

Curatio. In curatione reddantur singla singulis. calida igit curant⁹ per frigida ⁊ ecō uerso. sicca cum hūidis. ⁊ purget hūor⁹ peccās sm. exigētiā hūoris. Curet igit stupor ⁊ vlter et particulariter sicut dictū est in capl'o ime diate dicto de somno profundo ⁊ graui. aut sicut dicet capl'o de tremore. ⁊ nihil aliud spālius ē b̄ nisi q̄ si ex sanguine q̄ fiat flōia. ⁊ q̄ mēbrū stupidū frequēter ⁊ quasi cōtinue fricet. q̄ exerceat operationes suas naturales. Intelligendū q̄ stupor magis tinet ad partē anteriorē: cū ab illa pte magis procedat virt⁹ tactiua. Congelatio autem ad partem posteriorem. cōgelati aūt semper tenēt oculos apertos. stupidi autem non.

Capitulum. xvij. de vigilijs.

Vigilia est produ
v ctio spūs aialis ad istra spirituū propter operationes exercendas.

Causa. Intelligēdū ē q̄ qdā sūt vigilie nāles: quedaz innaturales

Vigilia naturalis nihil aliud ē ꝙ eſpge facio a ſomno. Somn⁹ aũt naturalis vt dictũ eſt fit pp humidũ ſuaue reſolutũ a triplici digeſtiua. ⁊ cũ humiditas cõſumpta eſt: tũc fiunt vigilie. ⁊ tales vigilie dicuntur naturales. Si ãt vigilie ẽ excedũt in qualitate aut ordine: tũc dicunt innaturales. ⁊ habẽt ꝓpriam ꝓprietatẽ inamiendi corpus: ⁊ corrũpẽdi virtutẽ digeſtiuã: ⁊ generandi humores malos ⁊ corruptos. ⁊ rõne indigeſtionis facies ſubrumida efficit. Somn⁹ igit ⁊ vigilia ſunt res non naturales: ſine quib⁹ diu durare nõ põt ⁊ qũ iſta ſunt ordo vt ſanitas cõſeruetur: ⁊ qũ ſunt ſicut nõ ordo tẽ introducit egritudo. Cauſe igitur vigiliaꝝ ſunt iſte. Prima cauſa ẽ ſicut ſunt accidẽtia aie. ſicut ira, triſticia. ſollicitudo ⁊ ſimilia. Secũda cã eſt fluxus ventris. Tertia cã ẽ fe. ⁊ caruꝫ moleſtationes. Quarta cauſa eſt dolor. Quinta cã eſt claritas ⁊ potiſſime in apparatis. Sexta ẽ nimia inanitio ⁊ fames ⁊ priuatio humiditatũ. Septima cã ẽ nimia repletio ⁊ crapula ⁊ indigeſtio pp aſcenſionẽ fumoſitatũ indigeſtaꝝ agrauãtiuꝫ caput pungentiuꝫ ⁊ mordicantium. Octaua cã ẽ nimia ſiccitas dominãs in parte anteriori cerebri. Nona cã ẽ nimia caliditas. Decima cã eſt caliditas ⁊ ſiccitas Undecima eſt abundãtia colere. in parte anteriori cerebri. Duodecima eſt humor melic⁹ ibidẽ abundãs. Decimatertia eſt humor flegmatic⁹ ſalſus ſicut in ſcabus vnde ſenes vigilãt ⁊ pp accidẽtia aie. ⁊ ꝓpter priuatiõ ⁊ ſcabiẽ q̃ ꝓuenit ex flegmate ſalſo. Et ſi alie ſunt cauſe credo ꝙ ad iſtas poſſunt reduci.

Signa. Accidẽtia aie ⁊ fluxus ⁊ dolor ⁊ claritas: nimia inanitio ⁊ nimia repletio cognoſcit ex cogniõe ſuaꝝ cauſaꝝ. Siccitas autẽ cognoſcit ꝑ capillos icutatẽ: ⁊ qz nõ ſentit calorẽ nec frigus. caliditas diſcernit ꝑ inflamatiõz ſium virtutũ ꝑ virtutẽ. In colꝛa autem rubea vergit facies ad citrinitatẽ. ⁊ in melꝛia ad liuorẽ. ⁊ in flegmate ſalſo eſt cum quadam quiete ⁊ humiditate fluente per nares ⁊c.

Pronoſtica. Vigilie in ſenib⁹ bono modo nõ ſunt remediabiles, oẽs vigilie ſupflue inanitur corp⁹ ⁊ debilitãt: ⁊ indigeſtionẽ ⁊ hũorum corruptionẽ inducũt: cũ ſomnũ naturale ſequat bona digeſtio. Et ideo dicebat Gal. ſup illo ampho. vẽres hieme ⁊ vere. quãtũ natura iuuet ex ſomno bonum eſt perpẽdere. Et dicit Auic. ꝙ ſi vigilie fuerit ſupflue ⁊ ſupuenit tuſſis mortale eſt.

Cura. Si vigilie fuerint pp accidẽtia aie: curent cũ letitia: ⁊ audiant inſtrumẽta muſica ⁊ cantilene. ⁊ ꝺ riuꝫ ci⁹ cui⁹ ſunt accidẽtia aie. Si fuerit ex fluxu vẽtris fiat ſuppoſitoriũ ex opio ⁊ ex ſanguine draconis. ⁊ boloarmenico ⁊ ypoq̃ſtidos. Et vrat liſto ch'rio. dũ tamẽ fluxus nõ fuerit ex opilatione. ℞. diacodion. ʒiap apaueris. aũ. quart. i. miſceãt. Si aũt fuerit ex fe. curet ſicut ea que dicta ſunt cap'o de febribus. Si aũt fuerit ex doloze mitiget euacuãdo. anodina apponẽdo. ⁊ narcotica apponẽdo ſi neceſſarium fuerit. Et ſi fuerit ex nimia claritate: ponat in loco obſcuro. ⁊ ſi fuerit ex nimia inanitione dent cibaria humida ⁊ reſumptiua ⁊ nutrientia. ⁊ quies. et ocius. ⁊ balneũ. Et ſi vigilie non fuerint nimie exerceat ⁊ poſtea balneet. ⁊ poſtea cibet. ⁊ poſtea dormiat. ⁊ vlter poſt balneũ ſit ſomn⁹: niſi mal⁹ humor ipedi at. Et ſi fuerit ex crapla iniunga't vomit⁹ ⁊ abſtinẽtia ⁊ purgatio humoris. ⁊ odorer acetum ⁊ ſandalos. Et ſi fuerit ex nimia ſiccitate humecet cũ quere ⁊ cibis ⁊ balneis. Et ſi ex nimia inflamatione i frigidet cũ lactucis ⁊ maurella. Et ſi fuerit ex colꝛe digerat ⁊ euacuet. Idẽ de melẽcolia. Idem de flegmate ſalſo. Cauſis igit primitiuis ⁊ antecedẽtib⁹ remotis: tunc ad ſomnifera veniam⁹: paulatine a debilib⁹ ad fortiora aſcẽdẽdo. ſuppoſito q̃ ſiccitas ſit in ea. aut caliditas aut virtũ q̃. Trib⁹ igit modis aut quatuor poſſũt remediari. Primo ꝙ ſomnifera ponant in naribus: ⁊ ꝙ patiẽs trahat anhelitum. Secũdo ꝙ pani madefacti ⁊ ſimilia frõti ⁊ timporib⁹ applicent. Tertio ꝙ fiant fomẽtatiões circa caput ⁊ extremitates. Quarto ꝙ deuntur ẽplaſtra ad hec valẽtia. Materialia igit ad hec valentia ſunt iſta. oleũ roſaceum albumẽ ouí, aqua roſ, lac mulier. oleũ ne-

nuphari.rose.viol'.nenuphar.folia salicis.folia canne.folia cucurbite.folia viticis albe.lactuc.portul'.maurelle.lempuiua.vermicularis.cortex cucumeris. coriandrum recens.papauer.iusquiam'.mandragora.opium.requies.rubea trociscata.diapapauere.cāphora.sandal'.camomilla.oc̄eū.succus mediani.cortices salicis bullit' in aqua pluuiali.cāphora.sonitus aquar.motus foliorū arborū cōductus aque p domū ⁊ supra.fricatio leuis somit' molł.strepit' magn'.⁊ lumen magnum.ad qđ sequit quies subita ⁊ tenebre.Et si ista deficiunt incipiat dicere horas dñicas:⁊ sanus dormiet.

Clarificatio. Intelligendum q̄ virt' ymaginatiua sicut dictū ē nunq̄ quiescit nec in tempore somni:nec in tpe vigiliar.⁊ ideo in tēpore somni si ascendat ad superiora contingit sylogizare:versus facere ⁊ similia. Et si ascendat ad inferiora cōtingit fantasticare ⁊ multa somnia ⁊ fantasmata videre sine capite ⁊ cauda. Et quia facilius est descendere q̄ ascēdere:ideo frequēt' accidunt ista q̄ illa.⁊ ideo qz est in motu cōtinuo nunq̄ quiescit.ideo ex hoc sumus fm Auic̄e.vi°.de naturalib' in cōtinuo cruciatu. Et ideo sicut ventū capere non possumus:ita ymaginationes ⁊ cogitationes auferre nō valem'.viri aūt pfecti re sistunt malis cogitationib'.⁊ hoc sufficiēt. Nūc aūt virtutes aiales quiescūt in somno:potissime exteriores sicut ēvisus.auditus.olfact'.gustus.tact'.Operationes autē simplices fortificant:sicut est appetitiua mēbror.digestiua.contentiua.⁊ expulsiua sudoris.sed ille que sunt ꝓpositi ex aiali ⁊ naturali quiescūt.sicut est appetitiua stomaci.⁊ expulsiua egestionum ⁊ vrine. Secūdo intelligendū q̄ sensus cōis ē ꝓpria passio sumni.cui sensus cōmunis radicaliter ⁊ originalit' est īcorde Et ita intellexit Bal.⁊ si ex his possunt ee amici placet mihi.qz plura dixim⁹ supra dicta Bal.in fine quarti de morbo. Tertio notandum q̄ frequenter memoramur de somnijs qz ydola abintus sunt ⁊ frequenter nō recedamur:qz quasi ab extra sunt:cum non sint memorie cōmendata.⁊ potissime fit oblitio somniorum cuz repentina fit expergefactio. Et tutta hoc aduertendū fm Auic̄. vi°. de naturalibus.q̄ homines qui in vigilijs cōsueuerūt verū dicere:tunc tales vrplurimuz habent vera somnia. Quarto notandū q̄ aliquando in somnis homines surgūt ⁊ induunt se:⁊ percutiūt omnes circa se. aliquando armant se ⁊ ascendunt equz aliquando sagitant seruū.aliquando vadunt per loca inuia:ita q̄ in tpe vigiliar. nullo modo auderent vel possent transire.⁊ de talibus multa audiuim' que nō oportet ꝑ inferere. Dormiētes igitur sūt vigilantes:⁊ faciunt opera vigiliarum.⁊ vident lumen lucerne languide:⁊ audiūt vocē galli sed languide.Dormientes igitur sunt vigilantes. Ista autem accidunt illis qui habent complexionem cerebri cali.⁊ humi.quomā ratione humiditatis fit fortis opilatio.⁊ ratione caliditatis fortis ymaginatio. Virtus ergo ymaginatiua precipit virtuti motiue:⁊ illa ē sibi obediens:sed sensitiue nō: qz motiue sunt magis in parte posteriori.⁊ sensitiue magis in parte anteriori.vbi est sensus cōis fortiter ligat' pp humidū.⁊ ita virtutes sensitiue nō sunt obedientes ymaginatiue sicut motiue.⁊ ideo cū satis iuuent reuertunt' ad locum:⁊ in crastinum putant se somniasse tm̄. Et ideo malum est in vna aula cum talibus socijs habitare. Fiat igit' flōia ⁊ abstinentia.⁊ odoret acetum ⁊ camphora.⁊ etiam in actu illius surgendi flagella essent multum utilia:vt a tanta ymaginatione diuerterent.

Quinto notandū q̄ opiuz ⁊ narcotica aliqua ⁊ potissime opium non deberent applicari corpori humano:nisi tria concurrant vel quatuor. Primuz salueet magna necessitas ⁊ desperatio. Secunduz q̄ opium sit bene frenatum cum cassialignea ⁊ croco. Tertium q̄ apponatur in parua quantitate. Quartum etiam q̄ parum stet supra corpus.suppositorium autem de opio inducit somnium:quia mitigat doloꝛem ⁊ arsuram. ⁊ solidat ⁊ constringit ⁊ somnum inducit. Aduertamus igitur ad id quod diximus de remedijs vigiliaruz in fe.⁊ ad ea que diximus hic ⁊ ita per dei gratiā poterimus inducere bonum somnum.

Mania et melenco

m lia sunt corruptiones ani mi sine febre.

Cause. Humor ei⁹ me lencolic⁹ inficiens cerebrum: perturbans spūs ⁊ obnubilans: ⁊ aiam obfuscans: est causa corruptionis mētis. Cū ei⁹ cōplexio cerebri que naturaliter est frigida ⁊ humida: ē fieri oporter: ⁊ spūs fūt clari ⁊ lumīosi. tūc accidit bona ymaginatio cogitatio ⁊ memoria. ⁊ in tempore somni ⁊ in tpe vigiliarū. sic quādo pter naturā ista sunt accidunt corruptiones diuerse ⁊ in diuersis partib⁹. qm̄ aliquādo corrūpit ymaginatiua que est versus partē anteriorē cerebri ⁊ alie non. sicut accidit Hal⁹. sicut ipe narrat in de interioribus. qui euellebat pilos a vestimentis: ⁊ amici dixerunt q̄ morieb⁹. ⁊ ipse aduertēs cōsiderauit q̄ nō erat salua ymaginatiua: ⁊ rogauit eos q̄ iuuarent eū ⁊ euasit. Aliqñ aūt ratio est lesa ⁊ alie salue. sicut narrat Hal. de quodam qui existens ī fenestra rogabat trāseuntes vtrū vel lēt vasa vitrea. ⁊ ipsi illudentes extendebāt manū ⁊ ipse. p̄cipiebat vasa. ⁊ ita fecit de quodam puero. Ecce ymaginatiua nō erat lesa nec memoria: q⁹ bene cognoscebat amicos ⁊ vocabat ꝓprio noīe. ⁊ ita de illo qui p̄cipit. ſz ratio erat lesa: q⁹ ignorabat vtr̄ vasa essent frangibilia vel nō. ⁊ ignorabat vtrū puer eēt lesibilis vel non. Aliqñ leditur memoria ⁊ alie nō. sicut fuit dictus capl'o d̄ corruptione memorie. Sēm igit̄ diuersitatē humor⁹ ⁊ ꝑm diuersitatē ꝓtinarū ⁊ sinus. ⁊ ꝑm b̄ diuerse infectiones ⁊ corruptiones animi generant̄. ⁊ ꝑm b̄ diuersa nomia sortiunt̄. sicut est alienatio mētis corruptio. desipientia. stoliditas. infantilis. mania. cumbur: seu caput aque. ypocūdriata: seu mirachia a mirrali dicta. et ita de aliis. Ista aūt passio frequēti⁹ aduenit cokicis ⁊ extenuatis ⁊ illis qui habent cor calidū: ⁊ epar calidū: ⁊ in quib⁹ humores adusti generant̄. In pinguib⁹ aūt ⁊ albis raro accidit. ⁊ venit frequent in tpe autūnali ⁊ vernali. Causa igitur ímediata ē humor melic⁹ corrupt⁹ inficiens cerebr̄. Cause āt añcedētes fūt oīa illa q̄ multiplicāt melia: siue p se: siue p accidēs: siue p viā adustiōis ⁊ corruptōis. Ista āt sunt mēta. ſ. timor ⁊ tristicia. ⁊ solicitudo: ⁊ similia. Secūda cā pōt eē oīs ille ab⁹ q̄ multiplicat melīam. sicut sunt lentes ⁊ fabe ⁊ alia legumia. ⁊ oīa grana minuta. ⁊ panis opū⁹. ⁊ vinū grossū turbidū. ⁊ case⁹ antiqu⁹. ⁊ caules. ⁊ extremitates ⁊ palmites arbor̄ stipticar̄. ⁊ carnes bouine: ⁊ potissime antiq: ⁊ potissime indurate in fale. ⁊ carnes lepor̄: ⁊ cuniculor̄. ⁊ apri. ⁊ carnes oīm aialiū siluestriū inusitatar̄ ⁊ illicitar̄ que comedunt in q̄busdā regionib⁹. Aut rōne male cōsuetudis. aut rōne famis. sicut fūt vulpes yric⁹. asini. muli ⁊ similia. de q̄b⁹ fac mētionē Hal. 3⁹. de interioribus. Tertia cā eē pōt h̄uor corrupt⁹ mal⁹ adust⁹. ⁊ ita aduris sanguis ⁊ transit in nām melīcā. ⁊ sic colā siue fuerit nālis siue innālis. ⁊ ita de melia que aduris. ⁊ ita de flegmate cū putrefit ⁊ corrūpit: sicut dicit Auic. ſz raro. q⁹ simile nō inficit simile. Quarta cā pōt esse corruptio digestiōis in mēbris: ⁊ malicia mūdificatōis: ⁊ retētio superfluitatum Materia igit̄ melica aliqñ ē in cerebro aliqñ ascēdit vapor melic⁹. aut cū nō bñ mūdificat epar ab humore melico. ⁊ puenit a retentiōe eni⁹ ⁊ mēstruor̄. ⁊ aliqñ vapor melic⁹ ascēdit a pede ⁊ a pnib⁹ inferioribus. Et dicit Auic. q̄ aliqñ dicit q̄ ista passio puenit a demonio. Et dicit q̄ cuz ipse doceat physicā de b̄ nō se dz intromittere. qm̄ q̄modocūq⁹ vadat negociū causa imediata sp ē melica a quocunq⁹ fiat transmutatio.

Signa. Signor̄ quedā sunt vlia. q̄dā priculariā. ⁊ quedā occulta. ⁊ quedā manifesta detecta. ⁊ quedam cōpleta. Signa aūt occulta future manifestūr: cū aliq⁹ ymaginat aut cogitat ea q̄ nō debet cogitare: aut iudicare: aut ymaginare. ⁊ cū putat bonū q̄d nō est bonū. ⁊ putat honestū q̄d nō ē. ⁊ cogitat apphēdere ipossibilia aut irrōnabilia. ⁊ cuz male iudicat de illis: siue fiunt tempore somni

siue in tpe vigiliaꝝ.ꝛ cū hoc hꝫ fantasmata diuersa ꝛ terribilia.aut qꝛ videt sibi in sōnis ꝙ videat demones.aut mōachos nigros:aut fatuos.aut mortuos.ꝛ oīa talia ꝓsilia.ꝛ mō rideꝛ:mō flet.ꝛ timet de nō timendis.ꝛ rideꝛ de nō ridēdis. Signa aūt manifesta detecta sunt qñ dicit cū oꝛe qđ ꝓperit in coꝛde:ꝛ secū solꝰ loq̄tur.ita ꝙ a pncipio hꝫ stoliditatē infantilem:ꝛ ꝓfert verba fatua que nō habēt caput ne⁊ caudā.nec ꝓsequit verba incepta.nec reddit ratiōꝫ de eis. Signa aūt completa sunt.vt quādo illud coꝛruptū fuerit quod concepit ꝛ oꝛe protulit prosequitur operando:ꝛ incedit ab errādo: modo superius modo inferiꝰ sicut curubut.de quo facit mentionē Auic. Curubut autez est quoddā genꝰ aranee quod vadit supꝛa aquas fontium:ꝛ hꝫ longas tibias:cū incipit ire versus vnā partē attēptat motus sit pfectus statim incipit alterum.ꝛ ita de secūdo.ꝛ ita de omibꝰ.ꝛ appellat illud aīal in vulgari capꝛa aque.
Cum igit deſpicientia ē cōpleta morꝰ pedum ꝛ manuū ꝛ lingue ꝛ oculoꝝ sunt errātia nunq̄ adherentes vie vni ꝛ ordini vni.Signa aūt generalia sunt ista.de ꝓprietate omni melicoꝝ est habere odio istā vitā ꝛ fugere societatē hominuꝫ:ꝛ esse in cōtinua tristicia.ꝛ hoc est ꝙ dicebat Bal.in fine quarte ptice de morbo.non est miꝫ si timeꝛ:nt melicꝰ:qꝛ cām timoris cōtinue secū portāt.aīa cū est inuoluta cū caligine tenebꝛosa:ꝛ qꝛ sequit coꝛpis passiones:iō timent sicut pueri.ꝛ fatui ꝛ timent de tenebꝛis ꝛ de nocte. Audaces eū nō timēt in tenebꝛis.ꝛ hoc ē ꝙ dicebat Ypo.timeꝛ ꝛ pusillanimitas si multū tempꝰ habuerit:melicꝰ facit.hmōi melēlici igitur sunt timidi:ꝛ timoꝛ longꝰ inducit meliam. Cauendū est ergo a passionibꝰ melicis:qꝛ nec recte agere pōt:nec oꝛare:nec intelligere:nec legere:nec docere. Sunt etiā alia signa cōia in diuersis ꝛ diuersa.de q̄bꝰ facit mētionē Bal.4°. de interioꝛibꝰ.aliquibꝰ videt ꝙ deꝰ sensat.ꝛ aliꝫ ꝙ angelꝰ qui mouet oꝛbē fatigat.ꝛ fugit cōtinue vt celū nō possit ipm cōtingere. Alij timēt ꝙ absoꝛbeant.aliꝫ videt ꝙ sint gallꝰ ꝛ mouet brachia loco alaꝝ. Alij vident ꝙ sint vasa vitrea vl'argillosa:ꝛ timent ꝙ si tāgerent frāgerent Aliꝫ videnꝫ ꝙ sint mgri in oī sensibili:ꝛ incipiūt legere et docere:ꝛ ill nihil dicit rōnabile. Aliꝫ videt ꝙ sint ꝓphete:ꝛ ꝙ sint inspirati a spūsancto.ꝛ incipiūt prophetare ꝛ multa futura ꝑdicere siue ꝑ statu mūdi aut antixpi. Et ita de aliꝫ mille millibꝰ ꝛ inenumerabilibꝰ. ad que narrā dū nō sufficit presens dies. Signa aūt specialia sunt ista.si est ex sanguine est cū risu.ꝛ oculi sūt rubei.ꝛ vene plene. ꝛ cāe multiplicātes sanguinē ꝑesserūt. Si ex colꝛa tūc vocat ꝓprie mania:ꝛ sunt cum saltu ꝛ furoꝛe ꝛ lumōse.ꝛ aliꝫ terribili aspectu.ꝛ appellat a quibusdā demoniuꝫ lupinū. Si ex melꝛa sunt cū tristicia ꝛ solicitudine ꝛ timoꝛe:ꝛ cū diuersis cogitationibꝰ. Et si ex flegmate sunt cū somnietate. Intelligēdū ꝙ cū cerebꝛuꝫ patit ex sicco tūc est capitis leuitas.ꝛ sitis.ꝛ vigilie.ꝛ paucitas supfluitatū ex oculis ꝛ naribus.ꝛ si patiat ex hūiditate adest capitis ḡuitas. ꝛ somnicꝰositas. ꝛ mꝛitudo supfluitatū in oculis ꝛ in naribꝰ. ꝛ paucitas sitis.Si aūt venerit ex partibꝰ inferioꝝibꝰ tūc in mēbꝛo vnde venit adest pondus.doloꝛ.ꝛ agrauatio:ꝛ signa illi ꝓcesserūt. Et si a coꝛde tremoꝛ ꝛ coꝛdiaca passio.ꝛ si a stomaco doloꝛ ꝛ nausea ꝛ ventositates multe. Et si a mirac. ꝛ ypocundꝛijs.inflamatōes roꝛsiones.ꝛ si ab epate doloꝛ in ypocūdrio dexꝛo.ꝛ si a splene:duricies ꝛ agrauatio in pte sinistra.ꝛ si in ptibꝰ inferioꝝibꝰ doloꝛ est ꝛ agrauatio circa illas ptes.ꝛ si ex retētiōe emōꝝ ꝛ intestinoꝝ.ꝟ scimꝰ ex iudicio patētis, ꝛ siqua sunt sīlia.

Pronosticatio. Deſipientie aūꝫ risu sunt minus moleste.si post crisim in febꝛibus acutis veniat mania:ꝛ aliꝫ hoc alia bona signa cōicentur significat euasionem:ꝛ si mala moꝛtem.ꝛ tamē aliquādo accidit ꝙ euadit a se.ꝛ nō moꝛit:ꝛ mā remanet incinerata in capite:ꝛ ita remanet maniacus. Et si vlcera veniāt maniaco in facie aut ī pedibꝰ:moꝛte ꝛ icurabilitatē signat. Si maniacꝰ amittat aperitū oīno cuadē nō pōt:tum pp malicīā moꝛbi:tuꝫ pp priuationem abi.quandiu eniꝫ videbis maniacum aliꝫ toꝛno aspectu:non reputes ip-

fum curatū. Quādo aūt supuenūt ma-
nie varices: aut multitudo mēstruoꝝ. aut
fluxus emoꝝ: aut ydropisis tūc curaſ.

Primū eñ q̄ ꝓperit in curati
one oūm maniacoꝝ est gaudiū
& letitia. qm illud qđ magis nocet ē solli-
citudo & tristitia. & ideo domꝰ debet esse
clara lumiosa sine picturis: & debēt ibi es
se multa odorifera. & oēs habitantes in
ea debēt eē pulchri aspectus: & oēs quos
timeat: & de quibꝰ vereamdeſ si enormia
egerit aut fatua loqueref. & ipsi debēt mł
ta ꝓmittere & etiā multa iocalia pulcher
rima ꝓsentare debent. & ibi esse instrume
ta musica. & breuiter oīa que letificāt ani
mā. Attamē si ꝓuenisset ista egritudo ex
nimio gaudio & repētino: aut q̄ fuit nūci
atuz q̄ ipse erat ī dignitate maxima sub
leuatꝰ: aut aliquis amicꝰ suꝰ. tūc bonū eēt
q̄ de illo codē tristicia induceref. Secun
do comperūt in curatione oīa humectan
tia: cū passio sit ꝓp siccuz. & ideo cōperit
sibi somnꝰ. quies. ocium. & balnea añ ci-
bum. & cibaria humectātia opilātia. ꝓpe
tunt igiſ galline capones. & caro annual
agni. & vinum dar subtile. & pisces squa
mosi de aquis mūdis. & ouа sorbilia. et
panis tritice bene coctꝰ et bñ fermenta
tus: & cū rēperata quātitate salis. & breui
ter omne illud qđ humectat coꝝpꝰ qm̄ b
est magna pars curatiōis. Intelligendū
tñ q̄ si mania veniret ex opilatiōe vł ex
flegmatis corruptione: tūc ista essent mū
dificara. & tūc amidū nō esset cōcedēduz
qm̄ opilat. Tertio ꝓperūt in curatiōe vi-
tare oē illud qđ multiplicat melīam. siue
fuerit naturalis: siue innaturaľ. Videt er
go panē opiz. & vinū nouum turbidum
spissuz grossuz. & lentes & fabas. & alia le
gumina. caseuz antiquū. & carnes bouī-
nas. & oīa cibaria melica. & etiaz ea que
adurūt humores. & iō vitabit oīa salsa. &
omnia acuta. & oīa q̄ de sunt vehemētis
acetositatis. & vitabit oēm labozē nimiū
& irā & coytū. & oīa cōsimilia. Quarto
ad materialia veniamꝰ. In mania igitur
de cā colera apponamꝰ in principio rep
cussiua & fortatiua & somnifera. & ideo ī
ungamꝰ caput cū oleo rosato & aceto. et
violeſ. & nenupare. & oleo de saliciꝰ. & cu
curbita. & papauere. & acero. squilł. & ca
momilla. & melliloto. Et si fuerit cā frigi
da. minuamꝰ ista & addamꝰ ista. anthos
& sticados. & camomilla. & melliloti. & ac
eti. squilł. & similia calfa que nō multum
excedāt. Deinde cōe q̄ fiant fricatiōes
extremitatū: & ligature dolorose. deinde
fiant clisteria. Et si est ex cā calfa: addatur
elitrium de succo ro. Et si frida ycrapigē.
& sticados. & anisum. & alia ꝑm exigentiam
materie. q̄ materialia clisteriozꝝ b nō ap
ponere volo. Deinde ꝑticulariť aurenť
ꝑm exigentiā humoris. Et si nō esset obe
diens ligeť vt nō ledat se nec alium. & co
lafiseť & flagelleť. Si igiť cā fuerit san
guinea. fiat primo flōia de saphenis vt
trahatur materia ad pte longinquā. de
inde fiat de epatica vt plenitudo remo-
ueaf: & cū hoc distrahať. deinde de vena
que est inter pollicē & indicē. deinde ð ce
phalica: que est inter curuaturā brachij.
supposito q̄ indigeat: & q̄ virtus possit
tollerare. Deinde mūdificeť cum cassiafi-
māna. & tamarindꝰ. & epichio. & aqua ca-
sei. Si aūt fuerit materia colica digera
tur sic. Rx. endꝰ. scarioł. lactuc. añ. ʒ. ij. succi
boꝝ. succi fumi terre. suc. bugloſſe. suc. po
moꝝ dul. añ. lib. ß. aceti. squilł. ʒ. iij. panis
zuccł. lib. i. fiat sirupus & clarificeť. Deinde
purgeť cū mirabł. citri. & indis. & chimo. &
folijs sene. & aqua casci. & ista fiant mul
tis vicibꝰ si indiguerit. Et si ex his non
cureť & passio iam incipiat indurari. tunc
euacueť cū elitrio de succo ro. & yeraruffi.
acuatis cū diagridio & mastice. Ista aūt
fortia medicamia nō deneť nisi postq̄ mł
ta leuia ꝓcesserit. Si āt fuerit materia me
lācolica digerať sic. Rx. radic. feniculi. pe
trosił. bruſci. sparagi. gramis. añ. ʒ. i. succi
boꝝ. suc. bugloſſe. su. melliſſe. añ. ʒ. iij. ace
ti al. ʒ. ij. melł. ro. lib. i. ſ. fiat sirꝰ & dari
ficeť. Deinde purgeť cum mirabuł indis.
belłicis. epichio. & folio sene. & lapide la-
zuli. & lapide armenico. Parenť igiť ista
fiat decet: & exhibeať multis vicibꝰ. post
q̄ aūt passio indurabiť deť yeralogodion.
& yeraruffi. & ita paulatine ascendēdū est
ad fortiora. Si aūt materia fuerit fleg
matica: ex raro cōtingat digerať sic. Rx. ra
dic. apij. bruſci. sparagi. graminis. scolo-
pēdrie. anisi. marať. spicanať. squinānti. a
peri. añ. ʒ. i. & tūc apponanť succi p̄dicti &

acetū ⁊ mel: ⁊ fiat fir⁹. Deinde purgeť cū mirabul' ebeb'. ⁊ indif. ⁊ polipod'. ⁊ agarico paratis sicut os. ⁊ cū repſſiuis q̄ o z. ⁊ denť multis vicib⁹ si neceſſariū fuerit. Et si paſſio ē indurata purgeť cū fortioribus. ſ. cū yerap'. ⁊ yeraruffi. acuaris cum pulpa col'. Vel pareť materia p hūc modum. ſ. q̄ lardenť radices feniculi: aut petroſil'. de el'o. ⁊ ſtent ſub terra dieb⁹. xl. ⁊ fiat oriſl' per modū p quē dixim⁹ ſuperi⁹ capl'o de lepra. ⁊ vrať ca. Vltimo aūt cū omnia ſupradicta fuerint facta: ⁊ remediuz ſiue cura nō ſequeť. radať caput ⁊ findať in cruce. ⁊ poſtea fiat cauterium aut cauteria multa q̄ ꝑculdubio ſta faciunt ad ſumoz eralatic nē. Vidi cūm meſicū ⁊ a fortuna cū gladio fuit vulnerat⁹ ⁊ craneū fracū: vere q̄diu vuln⁹ fuit apiuz: tā diu fuit optime curat⁹. ⁊ ſtatiz cū vulnuſ fuit curatū ⁊ clauſuz reuerſa eſt mania. et puto q̄ ſi vuln⁹ fuiſſet diu apertū q̄ ipſe fuiſſet remediat⁹ ſicut oz: q̄ curat⁹ fuiſſz Si aūt mania venerit pp cauſas extrinſecas vt pp caſuz ⁊ pcuſſic nē ⁊ ſil'ia. fiant flōia ⁊ cliſteria ⁊ capitis cōfortatio cum oleo ro. ⁊ aceto ⁊ lacte muliez. ⁊ poſt cozporis mundificatiōnē fiant fomentatiōes circa caput cū camemilla. melliloto. anthos. ſticados. ⁊ ſimilib⁹. Si aūt ꝓuenerit pp aſcenſionē ſumi ad ſuperiora ab inferioribus: tūc fiant remedia iuxta naturaz particule patiētis. Si igiť venerit a corde denť iſta el'ria. ℞. diacameron. diacordion. diambre lenic: e. Bal. plūris cum muſco. diantħos cū muſco. añ. ⁊ ita de aliis medicinis cordialib⁹. ſicut eſt ſpodiū ambra. muſc⁹. lignū aloes. aurz foliatum. buglоſſa. benal. ⁊ ru. margarite. os d̄ cor de cerui. ⁊ deroincū oz: mū. ſemen maiorane. ſemē baſilicois. crocus ⁊ ſimilia.

Si aūt venerit a ſtomaco ⁊ ypocūdriſ ⁊ miractunc rectificeť digeſtio ⁊ ventoſitas excludať. ꝓuoceť igiť vomit⁹ ⁊ detur cibus ſubtilis ⁊ facilis digeſtionis. ⁊ nō ponať crudū ſupra ſemicoctū vel ſcmidigeſtum. ⁊ poſtq̄ cibus corrupt⁹ fuerit in ſtomaco: q̄d diſcernit ex cōcuſſione eius infumoſitatē: aut aceroſitatē: aut ventoſitatē: aut aliquē ſapozē abominabilē. tūc nō dormiat donec ſtomac⁹ fuerit mundificat⁹ aut ꝑ vomitū aut ꝑ medicinā ſeceſſiuā. ⁊ cōfoteť ſtomac⁹ cū iſto el'rio. ℞. diomēte. diaron. pipeon. diambre. diantħos. añ. ʒ. ij. miſceanť. Et ſi cauſa eſſz ca. fiat flōia ⁊ eriā ventoſe. ⁊ frigida adminiſtrenť ſicut diceť capl'o de apoſtematib⁹. Et q̄n iſta mania cauſať ꝺ cauſa frigida que miracħia appellať ſeu ypocūdriata. que aliq̄n eſt cū duricie vēſtris ⁊ tumoze: ⁊ aliq̄n nō. Si igiť fuerit ſine apoſtemate ⁊ inflatione. tunc valent iſta quoq̄modo applicata. abſinthium. agn⁹caſtus. ruta. radix lily. deinde fiant vētoſe ⁊ ſimilia. Si aūt fuerit ab epate denť diuretic ⁊ aperitiua. ſicut eſt ſpicanaſ. ſquinantū. ⁊ ſimilia. Si aūt venerit a ſplene a quo frequēter pōt euenire. tūc mollificeť ſplen ⁊ deopileť: ſicut diceť in ſerius. Si ex emoroidib⁹ aperianť ſicut diceť. Si a matrice, ꝓuocētur mēſtrua ſicut diceť. Si autē ab aliquo alio mēbro ⁊ poſſit cauteriz ari cauteriz eť. Preſeruētur igiť maniaci ⁊ meſici i vere ⁊ autūno cū longa acceptiōe epichimi ⁊ ſeri capri ni. Hoc cm̄ vſiter preſeruat a lepra ⁊ ab oī paſſione meſica.

Clarificatio. Intelligendū q̄ inē oia que magis nocent ſenſib⁹ eſt repletio ciboz ⁊ humiditatū. ſiccitas autez qm̄ excedit nocet cerebro: q̄ reddit ſpūs min⁹ mobiles. ⁊ si excedat plus ipſos puificat ⁊ reſoluit. ⁊ ſūt dicta Auic. Secūdo intelligendū q̄ in calidis regionib⁹ frequēn⁹ accidit mania In frigidis aūt tardi⁹. ⁊ ſz calor naturalſit fortior: nō tantum adurit ſed viuificat ⁊ conſeruat.

Capl'm. xx. de amore q̄ hereos dicit.

Amor qui hereos dicitur eſt ſollicitudo meſica ꝓpē mulieris amorē.

Cauſa. Cauſa huiꝰ paſſionis eſt corruptio ex timatiue' pp formā ⁊ figurā fortiter affixam. vnde cū aliquis philocapt⁹ ēt amore alicuiꝰ mulieris: ita fortiter cōcapit formā ⁊ figurā ⁊ modum q̄m credit ⁊ opinatur hāc eſſe meliorem. pulchriorem. magis venerabilē. magis ſpecioſam. ⁊ melꝰ dotatā in naturalibuſ ⁊ moralib⁹ q̄ aliquā aliaz: ⁊ ideo arden⁹

ter concupiscat eam. & sine modo & mensura opinans si posset sui membrum attingere q̄ hec esset sua felicitas & beatitudo. & intantum corruptū est iudiciū rationis: q̄ continue cogitat de ea: & dimittit omnes suas operationes. ita q̄ si aliquis loquat cuz eo vix intelligit aliqua alia. Et q̄ est cōtinua meditatione: ideo sollicitudo melancolia appellat. Vereos dicat q̄ hereosi et nobiles pp affluentiā delicianz istam passionē cōsueuerūt incurrere. quoniā sicut dicit Viatic⁹. sicut felicitas est vltimū dilectionis: ita hereos vltimuz dilectionis & ideo intantuz concupiscunt q̄ insani efficiunt. Juxta illud Ouidij. a trahe subtimi triste pependit onus. Judiciuz & ipsorum corruptum est. & ideo dicebat versificator. Omnis amans ceecus non est amor arbiter equ⁹. Nam deforme pectus iudicat esse dec⁹. & alibi. Quisquis amat ranam: ranaz putat eē dianam. Virtus igitur estimatiua que est altior inter sensibiles precipit ymaginatiue & ymaginatiua concupiscibili: & concupiscibilis ire scibili. irascibil⁹ virtuti motiue lacertorum. & tunc mouetur totuz corpus spreto ordine rationis. & currit de nocte & de die per viaz & inuia: spernendo calorem & frigus & omnia pericula cuiuscunq̄ conditionis sint. cuz iam amplius nō potest quiescere corpus. sed concupiscēna non quiescit in tantum q̄ tristabilia sunt sine comparatione maiora q̄ essent delectabilia: dato q̄ haberet intentū. & cum naturaliter fugiantur tristabilia: h aūt in mente captus est q̄ propter vnam modicam & miserrimam delectationez omne tristabile videtur sibi delectabile. Ita recte faciunt ribaldi qui propter delectationem ludi & taberne in hieme incedunt nudi & in terra deambunt. & tamen vident q̄ō est magis delectabile vel tristabile: & nō est dubium q̄ tristabile. & tamen eligunt maxime tristabilia propter modica delectabilia. ita & isti miser philocapti.

Signa. Signa autem sunt quando amittunt somnum & cibum & potum: & maceratur totum corpus: preterq̄ oculi. & habent cogitationes occultas & pfundas cum suspiriis lacrimosis. & si audiant cantilenas de separatione amoris statim incipiunt flere et tristari. et si audiant de coniunctiōe amoris statim incipiunt ridere & cantare. Pulsus eorū est diuersus & inordinat⁹. sed est velox frequens & altus. si mulier quā diligit nominetur aut si transeat coram ipso. Et per hunc modum cognouit Bal. passionē cuiusdā iuuenis. patiens enim erat melancolic⁹ tristis & macilentus. & pulsus erat altus & inordinatus. & nolebat Bal. reuelare. tunc accidit a fortuna illa mulier quam diligebat transiuit coraz eo. & tūc pulsus fuit subito fortiter exaltat⁹. & cum mulier transiuisset: pulsus reuersus ē ad naturam primā. & tunc cognouit Bal. q̄ philocapt⁹ erat: & dixit tu es in tali passione quia talem diligis mulierez. & alter fuit admiratus q̄ cognouisset passionez & personam. Et ideo si aliquis vult scire nomen mulieris quā diligit nominet sibi multas. & cum nominatur illa quā diligit statiz pulsus excitat. Illa ergo ē & fugiatis ab ea.

Pronostica. Pronosticatio ē talis q̄ nisi hēosis succurratur in maniā cadūt aut moriuntur.

Cura. Patiens iste aut est obediens rationi aut non. Si est obediens remoueatur ab illa falsa ymaginatione ab aliquo viro quā timeat: de quo verecundet cū verbis & amonitionib⁹ ostendendo pericula seculi: diez iudicij: & gaudia paradisi. Et si rationi non est obediens: & si esset iuuenis q̄ esset sub ferula. tunc frequenter & fortiter flagelletur donec totus incipiat fetere. deinde nuncientur sibi valde tristabilia: vt maior tristicia minorem habeat obfuscare. Aut q̄ nuncientur alta delectabilia: tangat q: factus seneschall⁹: vel bailus: vel bōfficiū grāde est sibi collatū. & ita reuocabit: q: honores mutāt mores. deinde tollat ocium: de q̄ Ouidi⁹. ocia si tollas periere cupidinis actus. Deinde occupet in aliqua actione necessaria. de quo Ouidius. Dat vacue mēti q̄ teneat op⁹. Deinde distrahat ad lōginqs regiōes vt videat varia & diuersa. & de hoc Ouidius. Vade p vrbane splēdida castra troie. Inuenies pirides & rez mille colores. Deinde hortet ad diligendū multas: vt distrahat amor vn⁹

ꝓpter amoꝛē alteꝝ.ꝛ de hoc Ouidius hoꝛtoꝛ ꝛ vt pariter binas habeatis ami cas.fortꝫ ꝛ plures si quis amare poteſt. Vnde igiꝯ eſt mutare regimē.ꝛ eſſe inter amicos ꝛ notos.ꝛ ꝙ vadat per loca vbi ſint ꝓata.fontes.montes.nemoꝛa.odo res boni.pulchꝛi aſpectꝫ.cantus auium. inſtrumēta muſica.cū dicit Auiᷓ.ꝙ aliq̄ pꝰ mouenꝯ ꝑ inſtrumēta muſica. Et ſi aliqua materia fuerit agregata:mundiſſi ceꝯ ſicut dictū eſt capꝰ ō mania ꝛ melꝰia qꝛ vere vna ſpēs melꝰie eſt. Finaliꝯ autez cū aliud cōſiliū nō habemꝫ: implozemuſ auxiliū ꝛ cōſiliū vetulaꝝ.vt ipaz dehone ſtent ꝛ diſameᷓ q̄uz poſſunt.ipſe enī ha bent artē ſagaceᷓ ad hoc plus q̄ viri.cum dicit Auiᷓ.ꝙ aliqui ſunt qui gaudēt ī au diendo ferida ꝛ illicita. Querāꝯ igiꝯ ve tula turpiſſima in aſpectu cū magnis dē tibus ꝛ barba:ꝛ cū turpi ꝛ vili habitu:ꝛ ꝙ pozzet ſubꝫ gremiū pannū meſtruatū ꝛ aduenieᷤs philocapta ꝙ incꝑiat dcho neſtare camiſiā ſuā dicēdo:qm̄ eſt tignoſa ꝛ ebzioſa:ꝛ ꝙ mingit in lecto:ꝛ ꝙ ē em pꝛica ꝛ impudica.ꝛ ꝙ in coꝛpe ſuo ſunt exꝛeſcēie enoꝛmes cū feroꝛe anhelitus. ꝛ aliꝭ oībus enoꝛmibꝫ in quibꝫ vetule ſunt edocte. Si aūt ex hiſ perſuaſiōibꝫ nolit dimittere:ſubito extrahat pānū mē ſtruatū coꝛā facie:apoztādo dicendo cla mando:talis eſt amica tua talis. Et ſi ex hiſ nō dimiſerit:tā nō eſt hō ſed diabo lus incarnatꝰ. Fatuitas igiꝯ ſua vlterius ſecū ſit in pditione.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ coi rus ſupſtuꝫ deſiccat ꝛ talis nō cōpetit hereoſis nec triſtibus nec melꝰicis.ſz quibꝫ pmiſſuz eſt cōpetit ꝑm rēperamētū ꝑm Auiᷓ. Sēm autē tē pamētū ſit ꝑm Bal.qm̄ ſit cauſatis tantiſ interuallis:vt coꝛpꝰ ſentiat ſe alleuiatum ꝛ melꝰ comedentē ꝛ dormientē. Coyruſ igiꝯ qꝛ letificat ꝛ calefacat ꝛ bonā digeſti onem inducit.ideo bñ cōpetit quibꝫ ē ꝑ miſſum.oū tñ fiat ꝑm rēpamentuz. Se cūdo notandū ꝙ vinū qꝛ letificat ꝛ hume rat ſi cū rēpamento ſumiᷓ:qꝛ digeſtionē cōfoꝛtat tō bñ cōpetit. Oportz igiꝯ ꝙ vi nuz nō ſumaᷓ in pua quātitate nec in tā ta ꝙ inebzier:ſed in tali ꝙ letificet ꝛ curaſ tollat.vnde vbi ebzietas nulla vel tanta ſit vt ſibi curas eripiat ſi qua ē inter ytrū qꝫ nocet. Et iō dicebat viaticꝰ. q̄ primo vinū de vite ducere mollitꝰ eſt inter ſapi entiſſimos ɔz depurari. Tertio ad uertendū ꝙ in hac cura cōpetit balneuz qꝛ humectat ꝛ letificat.dū tñ coꝛpꝰ fuerit mūdificatū. Quarto ſciendū ꝙ amoꝛ q̄ Beos dicᷓ.ꝓprie loquēdo .ꝓpꝛia paſſio cerebꝛi eſt:ꝑ coꝛruptionē ymaginatiue. ꝛ reſticuli aūr poſſunt eē ſubiectū quo ad cauſam cōiunctaz.ſed epar quo ad aſſce dentē. Quinto notandū ꝙ iſta paſſio frequēꝰ aduenit viris q̄ mulieribꝫ:ꝓ ta to qꝛ viri ſunt calidioꝛes:ꝛ vl'iter femine frigidioꝛes.ꝛ hoc patz in maſculis bru toꝛ:quī cū furia ꝛ impetu mouenᷓ ad coi tum implēdū. Nūc qꝛ viri calidioꝛes:ido in coitu intenſius delectanᷓ.mulieres aūt extēſiue plꝰ:qꝛ in femine viri ꝛ in femine ꝓprio. Vltimo intelligēdū ꝙ iſta paſſio pulcherrimo modo ꝑt deſcribi ſic. Amoꝛ eſt mētis inſania:qꝛ animꝰ vagaᷓ ꝑ ina nia:cerebꝛi doloꝛibꝫ permiſcens pauca gaudia.

Capitulū.xxi.de ebzietate.

Ebzietas ē paſſio cerebꝛi cū neruoꝝ molificatō ne ꝓp fumos groſſos a vino reſolutos ꝓueniens.

Cauſe. Cum eñ vinuz accipiᷓ in mi mia quātitate aut in foꝛti q̄li tate:tūc virtus digeſtiua ſtomaci ꝛ epa tis nō pꝰ poſſunt ſupare nec digerere.ꝛ tūc reſoluunᷓ fumi groſſi cerebꝛū aſcendēteſ qui mollificant neruos:ꝛ turbāt inſtrum ta ſenſuū in toto coꝛpe.ꝛ turbāt virtuteſ oīs:ſicut ē yma ginatiua. cogitatiua: et memoꝛia.qm̄ fumꝰ iſte ē caligo ꝛ tenebꝛe ipi aīe:ſicut nubes ipi ſoli. Aſſimilaᷓ igiꝯ deſipiēie ꝛ furoꝛi.

Signa. Primū mēbꝝ in quo appa ꝛet ē lingua ꝓp multitudīē neruoꝝ qui ibi ſunt.ꝛ iō incꝑit loq̄ bal bucīēdo aut verba ꝓcipitādo. Deinde in cipiunt alia mēbꝛa tremere aut deficere. ꝛ ira de aliꝭ.

Pronoſtica. Si eī ꝓtinuauerit a liquis:nō pōt cē ḋn moꝛiaᷓ aut apopleꝛieꝰ:aut epilēticus.

aut paralíticus: aut tremulosus: aut gut-
tosus: qñ licet vinū sit calidū: minus tñ
bibitū cā est frigidaꝝ passionū ꝑm Bal.
Secūdo de morbo.

Cura. Curatio est ꝙ si est calide cō-
plexionis ꝙ frigida capiti ap
plicenť. sicut est oleū ro. ⁊ aceti ⁊ nenu
phar ⁊ silꝛia. Si ār ē fride aliq̄ calꝛa tēpa
mēro vicina sicut ē camomilla. melilotū
⁊ anthos. ⁊ silꝛia capiti applicenť. fiār di
steria ⁊ fricationes extremitatū. ⁊ sumat
ſtiptica si fuerit fride cōplexionis: sumat
succū mente ⁊ absinthij. Si calide sumat
succū cauliū ⁊ citonioꝝ ⁊ silꝛiꝝ. Et qz cu
ra posita est supius capło de dolore ca-
pitis. ideo curā vlterius nō ptracto.

Clarificatio. Intelligēdū ꝙ ebri
etas ⁊ accidētia ebri
etatū fiūt aliter: ⁊ aliter: ꝑm diuersitatem
cōplexionū ⁊ virozū. qui eniꝫ habēt sto-
macū calidū citius inebriātur ⁊ citius cu
rantur. ecōtrario est de frigido. Idē ē de
cōplexione cerebri calꝛa vel frida. vinum
enim grossuꝫ tardi⁹ inebriat ⁊ tardi⁹ cu
ratur. Si autē apponať aq̄ citius inebri
at: qñ quodā modo subtiliat eum. Et iō
dicebat Auic. vinū limphatū cit⁹ inebri
at. vinuꝫ aūt subtile cit⁹ inebriat ⁊ cit⁹
curatur. Accidētia sunt ꝑm diuersitatem
cōplexionū. qñ sanguinei inebriati rident
hinc inde currētes: ⁊ quasi ſtoliditatē in
frontē habētes. colerici efficiūtur loqua
ces ⁊ mobiles: ⁊ quasi quādā furiā icur-
rūt. Sz flegmatici efficiūtur somniculosi
⁊ ſtupidi cū somno q̄si ⁊ molesto. Melā
ci autē efficiūtur tristes: ⁊ incipiunt flere
peccata sua. Sz qui habēt ſtomacū frigi
dum incurrūt dolorē capitis vehemēteꝫ
sed qui tēperati dormiūt magis somno
nāli. Vinū purū cit⁹ inebriat ⁊ albū ve-
lociter: sed cito soluitur. Sz ꝙ habēt ſto-
macū calidū ⁊ cerebrū frigidū cito inebri
antur. Secūdo intelligēdū ꝙ multa sunt
que iducūt actionē similē ebrietati. sicut
sunt seruisia ⁊ medones. ⁊ nigella q̄ est i
pane: que reddit spūm somniculosum et
ſtupidū quasi ebriū. ꝓpter multitudineꝫ
vapoꝝ. sed prizana nunq̄ ꝓpter bonita
tē sue decoctionis. Tertio intelligendum
ꝙ oibus ebriosis ⁊ habētib⁹ caput ple-
num vaporibus grossis indigestis. vide
tur ꝙ circa lumē candele sit rota magna
diuersis coloꝛib⁹. ⁊ b̄ est qz spūs lumino
si ꝓpter vapores sunt turbati. Quarto
saēdum ꝙ ꝑm intētionē Auic. ꝙ bonum
est inebriari semel i mēse: nō ꝓpter ebrie
tatē: sed qz ad ebrietatē sequit vomit⁹ su
doꝛ ⁊ secessus. q̄ coꝛp⁹ habēt mūdificare
⁊ talis passio p relationē ad finē non est
morb⁹. Et cū multi alij sint modi purga-
tionis ⁊ b̄ sit ignominiosuꝫ. ⁊ etiā nō est
oīno turū. qz ante vomitū bñ possuꝫ incur
rere ap oplexiā. ideo ab aula nostre spe-
culationis totaliter sit remorū. Quinto
notandū ꝙ ꝑm Bal. in de cōplexionib⁹
inter oīa q̄ citi⁹ cōuertunť in cal. ⁊ spiri-
tū est vinū ipsuꝫ. etiā currat syncopiꝫ ꝑm
Bal. rū. de ingenio. ⁊ multa alia iuuamē
ta facit. ⁊ hoc est verū qñ sumiť ꝑm tēpe
ramentū. qñ aūt excedit nām coꝛpis tūc
facit multa nocumēta. Primo qz replet
caput vaporibus ⁊ ita perturbat animā
⁊ omnes opationes. Secūdo qz ratiōe
indigestionis cōuertit in acetū ⁊ ita pa
tit neruos: ⁊ ita est cā palisis. Tertio qz
mās crudas facit penetrare ad mēbra. ⁊
ita est cā arteriale cum sit fortissim⁹ pene
trator. Sic igiť vinuꝫ ē altissima tyriaca
cū sumiť sic opz: ita est letale venenū cū
sumiť sicut nō opz. Vltimo intelligendū
lactantibus; detur ſibi ſuccus feniculi te
pidus cum lacte. Et ſi venerit ex ven
toſitate: inungatur pectus cum oleo co
ſtino. laurino. caſtoreo. muſcatellino.

Et ſi venerit propter alias paſſiones
que multe ſunt valde. curentur illa pri
us ſicut dictum eſt: aut ſicut dicetur.

Intelligendū q̄ istud ek'rium valet fere in oi passione pectoris sive fuerit raucedo sive tussis sive asma. ſr. succi caulū lib. i. bulliat ⁊ dispumet. croci. 3. iij. panis zucchari. melk' optimi. añ. lib. ß. ⁊ fiat ek'uarius

Clarificatio. ⁊ Intelligendū q̄ hanelit⁹ retinet aut voluntarie aut coacte. Si coactiue statiz fit mors tū ꝓpter carentiā infrigidationis: tū ꝓp carentiā euētationis ⁊ expulsionez fumositatū superfluitatuz. ⁊ ideo homo repete moritur sicut strāgulati. Si aut hanelit⁹ retineatur voluntarie: tunc hō satis diu pōt esse sine hanelitu. sicut videm⁹ in illis qui stant oīno sub aqua. ⁊ in lōga retentione hanelit⁹ voluntaria qm̄ voluntaria fit cōtinua exapozatio naturalis licet non sit sensibilis. Cū aūt cāa ꝯstringit violent' nlla fit euētatio nec sensibil' nec ī sensibil': ⁊ iō fit mors. Aliter igit' est de retentione hanelit⁹ voluntaria: ⁊ aliter ō nō voluntaria. Secūdo notandū q̄ licet mēbruz sit calidissimū: nihilomin⁹ cū apozimatur morti pōt esse frigidū. Et ita hanelitus licet veniat ad cor pōt eē frigid⁹: aut qz remisse calidus aut qz frigid⁹. qm̄ cor ifrigidatū est. ⁊ ideo hanelit⁹ frigidus in fe. acutis signū pessimū ⁊ mortale. Tertio aduertendum q̄ frida stiptica bñ possunt cōperere in malicia hanelit⁹. sicut sandali. cāphora. ⁊ huiusmodi. ⁊ similia Et hoc dico qñ virt⁹ motiua lacertoz debilitata est ꝓp nimiū calorē: ⁊ nimiam corporis raritatē. Quarto considerandū est q̄ motus hanelit⁹ prim fit a virtute naturali regitiua. ⁊ ita fit part m a virtute cor dis cū illa moueat dillatādo ⁊ ostringēdo Et forte fit ex illa virtute q̄ informat. qz q̄ dedit formā dedit ⁊ motū. ⁊ partiz etiaz fit a vtute naturali attractiua q̄ trahit et dillatat ex desiderio. ⁊ ex virtute expulsiua: q̄ vz ad expellendū nociua. ⁊ ita facit ad expulsionē licet motus virtutis naturalis nō appareat nobis mānifeste existēte corpore sub dispositione naturali. Virtus igitur naturalis ⁊ virtus vitalis reponantur sub dispositione virtutis naturalis regitiue. Nunc aurez ita est ꝓ motus virtutis animalis vincit naturalem in tēpore vigiliaruz. Sed motus virtutis naturalis vincat animalem in tempore somni. Vltimo notandum ꝓ motus dillatationis ⁊ constrictionis ꝓcedunt ab eadē virtute. Sed cum diuersi. s vill' diuersa faciunt modo dillatando. mō costringēdo.

Capl'm. ix. de pleuresi.

Leuresis est aposte

pma calidum lacertoruz seu pāniculoruz seu velaminū costarum interiorum cl. bani pectoris. Intelligendū ē q̄ duplex est pleuresis. quedam vera ⁊ quedam non vera. non vera aut est in lacertis seu carne costarum exteriorum. aut in costis falsis que sunt sub diafragmate. sive sint exterius sive interius, sive cū sit ex ventositate. Pleuresis autem vera fit in velaminibus costarum interius. ⁊ potissime in parte vbi velamina coniunguntur costis. Quoniam quidā est panniculus qui tegit costas interius, ⁊ quidam est qui diuidit spiritualia a nutritiuis: ⁊ appellatur diafragma. ⁊ quidā est qui diuidit pectus ſm longum in duas partes. Nunc autē in partibus remotis a costis in istis velaminibus non potest generari apostema. sed in partib⁹ in quibus coniunguntur costis cū ibi sint vene ⁊ arterie ⁊ aliqua carnositas ⁊ humores. ⁊ ideo pōt ibi causari apostema ca. Est igitur pleuresis vera apostema velaminum costarum interiorū. ⁊ est apostema ca. aut quia materia ē ca. aut quia acquisiuit caliditatē ex putrefactiōe. Bñ aūt pleures ī vtroq; latere ⁊ ī late dxtro ⁊ ī latere sinistro. Sed illa que est in latere sinistro ē magis periculosa. sed velociꝰ terminatur. Sed illa que est ī parte dextra non est ita periculosa. sed tardi⁹ terminat ſm auic. Nunc autez istud apostema terminatur multis modis. aliquando insensibiliter. ⁊ per exapozationē. ⁊ est melior terminatio. Aliquando autem resudat ⁊ sicut resudat vadit ad pulmonez ⁊ expellitur cum tussi. Aliquando terminatur per saniem et vadit ad cannales pulmonis. Aliquando vadit ad concauitatem pectoris et mundificatur in quadraginta diebus. quoniaz pulmo cū dillatatur imbibit sibi illā materiam. ⁊ cū constringit

impellit ad cannales. ⁊ tūc expellit cum tussi. sicut docet Bal' in de interioꝛib⁹.
Aliqñ mā pleuresis induraſ ⁊ lapideaſ. aliqñ vadit ad vias vrinales p venā magnā. aliqñ vadit ad intestina. aliqñ trāſmittit ad alia membra multa. sicut videm⁹ capto de signis.

Cause. Pleuresis causaſ aliquādo a causis extrinsecis: aliqñ ab interioꝛib⁹. Si ab exterioꝛib⁹ sicut est nimio calore ⁊ frigore. ⁊ potissime cū superuenerit mot⁹ nimius. ⁊ puenit a potatione nimia vini puri. aut a nimia potatione aque frigide. aut quando ventꝰ boꝛrealis venit post australem. ⁊ puenit ex dispositione p̄m ꝓpietatē: aut attributionē tempoꝛ anni. ⁊ ideo frequētius venit in vere q̄m est ex proprietate plenitudinis. et plus in estate quātuꝫ est ex abundantia colere. ⁊ plus in autūno q̄tū est de melā ⁊ plus in hieme quantū est de flegmate. In senib⁹ aūt raro venit. ⁊ si venit ē magnum periculū. rarissime venit in accide eructuantibus. Si aūt pꝛouenīat a causis intrinsecis: tūc cā antecedēs est repletio totius coꝛporis. ⁊ potissime cuꝫ superueniat subito vehemēs frigiditas in aere.
Causa aūt immediata est vplurimū colera. secūdo sanguis: tertio flegma. quarto melā. Ultio sitas cruā p̄t eē cā: ſꝫ nō ē vera pleuresis.

Signa. Signoꝛuꝫ quedaꝫ sunt que significant pleuresim ipsam. ⁊ quedā sunt que significāt humoꝛes peccantē. ⁊ quedā sunt que significāt tempoꝛa morbi. ⁊ quedā sūt que significāt trāslationē mē. ad aliā p̄tem. ⁊ quedaꝫ sunt q̄ significāt salutē. ⁊ quedā sunt que significant mortē. ⁊ quedā sunt que distingunt inter hoc ⁊ illud. ⁊ ita signa ꝓnostica cōprehendentur in istis nec oꝑtet ponere rubricā de hoc. Et cognoscim⁹ etiā p ista q̄ egritudo erit longa: ⁊ q̄ñ erit breuis. Et p ista sciem⁹ longitudinē status a p̄incipio. ⁊ ex his pendet tota curatio. Agamus igitur primo de primis. Signa aūt que significāt pleuresim sunt. iiij. ꝑm B. in de crisi. Primū. s. dolor lateris cum punctura. qꝛ ibi est quadruplex cā doloꝛis. mala ꝓplexio: ⁊ solutio cōtinuitatis. ⁊ cū b mā que iā exuit ouficia venaꝫ. et illa que adhuc abundat in venis. Secōm signū est fe. cōtinua qꝛ mā ē putrefacta i locis p̄mis cordi. Tertiū est difficultas anhelit⁹ pp̄ ꝓpīssionē pulmonis. Quartū est tussis cōcomitās: pp illud q̄ resudat ad cānales. Quintū signū p̄t addi pulsus serrin⁹. qꝛ morb⁹ ē in membꝛo pāniculoso nisi q̄ multū occultaſ b dispositio: q̄ñ mā est flegmatica. Signa aūt humoꝛis peccantis: sunt ista. q̄ñ si est ex colera: vrina est citrina intensa ⁊ tenuis. ⁊ pulsus duꝛus ⁊ veloꝛ frequēs. ⁊ doloꝛ acuꝰ pūgitiuus multū intensus. ⁊ sputuꝫ citrinum.
Alia signa colere discurrēdo p res nāles ⁊ p̄ naturā. Si aūt san. fuerit in causa vrina erit rubea ⁊ spissa. ⁊ pulsus plenus. ⁊ sputuꝫ sub rubeū. Et intelligendū hic q̄ sputum rubeū est valde malum: qꝛ significaſ vena rupta. Et tūc cōpetit cōtraria curatio: sicut in ydropisi cū fe. quoniā pleuresis indiget mūdificatiuis. ⁊ vena apeꝛta cōstrictiuis. Sputū aūt sub rubeū ē bonū a principio: qꝛ attestaſ supra domiciliū san. q̄ inq̄ de facili digeriſ ⁊ venit per viam resudationis a pāniculo nō p viaꝫ rupture. Cognoscit igit̄ san. p ista signa: ⁊ p alia que attestāſ supra dñuꝫ sanguinis. Flegma aūt discernit̄ qꝛ vrina est remissa: ⁊ pulsus inoꝛdinat⁹. ⁊ saliua ē multa: ⁊ sorear⁹ est flegmatic⁹: ⁊ somn⁹ grauis Materia aūt melica discernit̄: qꝛ doloꝛ nō est mult⁹ nec intensus nec acut⁹: ⁊ sputum liuiduꝫ: ⁊ vrina remissa. ⁊ alia signa que attestanſ supra melāz: q̄ñ rarissime accidit ex melā. Tertia species signoꝛū sumit̄ ex ꝓpiis morbi. ⁊ habenſ a. B. libꝛo secūdo. de crisi. Totū igit̄ illud tꝑtus in quo nihil exputur. aut indigñ vel hꝛiduꝫ aquosum aut grossiuꝫ: siue viscosum globosum aut cū laboꝛiosa tussi. principium est morbi. ⁊ cū incipit exputre aliqua liter digestum ⁊ cū alleuiatione ⁊ cū minori laboꝛe. tūc est augmētū. ⁊ q̄ñ sputū est albuꝫ ⁊ leue ⁊ equale ⁊ cū facili tussi ⁊ alleuiatione tūc est status. Et cū ista incipiunt minui. ⁊ fe. minoꝛari tūc est declinatō Et est intelligendū q̄ si principiū morbi est longū: tota egritudo erit lōga. Et q̄ñ principiū est breue: tota egritudo erit breuis. Tūc aūt pleuresis de co. in etate in iuuene virtute fꝛtis existēte. breuis ē

terminationis. Si aũt oĩa ꝑticularia non cõueniant: terminabit᷑ vtplurimuz i. xiij. die. Quãdo aũt materia est frigida ⁊ tps frigidũ. tunc plongat᷑. ⁊ ideo extẽditur fe. vsq; ad. xx. diem aliq̃ vsq; ad. xxtiij. sic i anpio: aliq̃ etiã plus. Et de hoc etiã dicebat ypo. de pleuresi nõ ꝺa: aut ꝺ pleuresi a materia frigida. Apostematuz quedam in. xx. quedaz in. xl. rupturam differunt. Necessariuz est ergo medico vt saltiz q̃daz ꝓiectura, ꝑia veritati cognoscat elongationez status a ꝓncipio. Sicut igitur tẽpora morbi cognoscuntur ꝑ vrinam in egritudinibus epatis ⁊ venaruz ⁊ in egritudinibus stomaci ⁊ intestinorũ ꝑ egestionem. Et ita tempora morbi in egritudinibus pectoris ⁊ pulmonis cognoscuntur per sputuz. In egritudinib⁹ igitur pectoris ⁊ pulmonis sputũ diligẽter consideretur. quia aliter nescirem⁹ ꝓ nosticare: nec dietare: nec curare. Est igitur regula ꝙ in pleuresi ⁊ periplemonia quanto plus expuit tanto plus alleuiat᷑ ⁊ ideo plus accedit ad statum: tanto pl⁹ alleuiatur: quia in pleuresi salubri status non est nequior hõz. Pro tanto qz sicut materia resudando exit panniculum: ita expellitur. ⁊ ita semper vadit alleuiando quoniam ibi non est status quo ad accidentia: sed quo ad digestionẽ Quarta species signoz sumitur ex que signant translationẽ. materia enim pleuresis sinthoztice transmittitur ad coz cuius signũ est sincopis. Aliquando transmitti᷑ ad pulmonez. cuius signuz est qm̃ dolor nõ est ita acut⁹. sed difficultas anhelitus est maior. Aliquando aũt transmittitur ad ptisim. cuius signuz est calefactio maior post cibum. Aliq̃ mittitur ad cerebrum cuius signuz frenesis ⁊ alleuiatio. aliquãdo mitti᷑ ad neruos. cuius signuz ẽ spasmus: ⁊ oes iste delegatiões sunt pessime Aliquãdo tam̃ mittitur retro aures. ⁊ tũc posset esse bonuz cuz alijs multis bonis signis. Quita species signoz sumit᷑ ex his que distingũt signa distinctiua int᷑ apostema epatis ⁊ pleuresi. quoniã in apostemate epatis pulsus est nudosus: ⁊ dolor est sub diafragmate in dextra parte ⁊ tussis est sicca. dolor non est acutus. ⁊ si est in fimo egestio est sicut lotura carnis. ⁊ si in gibbo vrina est spissa cõfussa ⁊ tumor est ad modum nouacule. Illa aũt que distingunt inter pluresim ⁊ periplemoniã sunt ista. quoniã in periplemonia pulsus est nudosus ⁊ dolor non est acutus ⁊ difficultas anhelit⁹ ẽ maior et dolor int᷑ duas spatulas: ⁊ maxille rubẽt Illa autem que significant frenesim sunt nigredo lingue ⁊ arriditas ⁊ vrina remissa. ⁊ qz dolores latent nõ precesserunt.

Sextuz signuz sumit᷑ ex his que significant salutez. sputuz albuz leue ⁊ equale ⁊ cũ modica tussi ⁊ cũ alleuiatione patiẽtis. ⁊ ꝙ cõtinuetur. ⁊ ꝙ cito appareat in ꝓncipio. ꝓcul dubio salutem significat ⁊ potissime qñ alia signa conueniũt. sicut est bonitas somni ⁊ appetit⁹ ⁊ bona tollerantia. ⁊ ꝙ applicatio medicaminũ conferat. ⁊ ꝙ egestio nõ sit frequẽs nec liquida: sed iuncta ⁊ equalis. ⁊ hora solita. et ꝙ vrina vergat ad rubedinẽ ⁊ ad quandã mediocritatẽ. ⁊ ꝙ cito incipiat facere bonam residentiã. Et est intelligenduz vnaz bonaz regulaz de vrina ꝑm intentionem Ysaac. Vrina in egritudinibus epatis ⁊ venaruz: certam habet significationẽ sive fuerit bona sive mala. In egritudinibus autez que sunt extra venas sicut in pleuresi ⁊ similibus. Si vrina fuerit laudabilis bonuz est sed nõ est signũ certuz salutis. ex alijs enim potest periclitari. Si autẽ vrina fuerit mala ⁊ indigesta ⁊ ita de alijs malis cõditionibus: certuz est signuz ad mortẽ. quia postꝫ digestio deficit in radice bene deficit in ramis

Septimũ signuz sumit᷑ de ꝓnostication ad mortẽ oĩa signa. iij. pleuresis si fuerint multũ intẽsa ⁊ laboriosa mortẽ significant. sicut ẽ dolor vehemẽs i niuẽ cũ virtus totaliter ꝑsternak ex vehementia doloris. Similiter vehemẽs difficultas anhelit⁹ ⁊ frequẽtia: cũ frequẽtia addat in caliditatẽ: ⁊ caliditas in frequẽtiaz ⁊ ita fit circulus cũ vnum addat in aliud. Similiter tussis laboriosa cuz impediat somnũ ⁊ cibũ. Similiter se. fortissima cũ sit molestior oibus morbis. sicut scribit᷑ viij. de ingenio. Et sputo similiter accipiuntur signa mortalia. sicut cũ est liuidum nigruz viscosuz: ⁊ cũ laboriosa tussi. Similiter cũ nõ põt expelli. quia debilitas

virtutis ⁊ lacertoꝝ significaꝯ aut mꝫ. viscositas ⁊ grosicies. Et est intelligendum ꝙ in oi egritudine pectoris materiali si nō potest expelli: aut si expellatur ⁊ subito rerineaꝯ: grauedine manente mortale est. dato ꝙ materia esset digesta: qm̄ prefocat. Egestio frequēs ⁊ liquida mala. urina tenuis aut spissa: luc̄s viridis ⁊ nigra: sūt signa mortalia. similiter pulsus debilitans. Et est intelligenduꝫ ꝙ in pleuresi ⁊ in quacunq; egritudine si medicus recte operet: ⁊ nullꝰ error intercedit si patiens propter medicamina recte applicata vniuersalia ⁊ particularia nō alleuieꝯ sed potius aggraueꝯ. signuꝫ est pessimum ⁊ mortale. In talibus igitur non est insistendum. Visis igitur signis et visa pronosticatione ad curā accedamꝰ

Curatio. In primis consideremus vtrū fuerit constipatus et ꝑm cōuenientiā ꝑticulariuꝫ. fiat sibi suppositoriū vel clistere. deinde applicentur calefactoria: qm̄ attrahunt vel curāt: aut digerūt. si corpꝰ nō est plectoricū curant. si corpus est plenū doloꝛē augmēt̄ant. et ita digerūt. qm̄ vniuersaꝯ purgatio debꝫ p̄cedere. si doloꝛ descendit mā videꝯ grauis. ⁊ tūc purgeꝯ cū violis ⁊ cassiaꝯ. ⁊ mā na. tm̄ Bal'. voluit ꝙ tutꝰ est in omni doloꝛe siue ascēdente siue descendēte facere flōiam. In pleuresi igiꝯ corpore pleno ⁊ virtute fortifiat primo flōia ꝑm Auic. de saphena eiusdēꝫ lateris. deinde si plenitudo adest de basilica oppositi lateris deinde de basilica eiusdē lateriꝭ. Et est intelligendū ꝙ ꝑm. B. doctrinā supra illaꝫ partesꝫ. quando doloꝛ ad spatulas ⁊c. ab epate em̄ ꝓcedit quedaꝫ vena que ꝓtendit vsq; ad coꝛ. ⁊ deinde truncus ascendit rectꝰ vsq; ad duas guidegi. Sꝫ postꝙ ꝓcedit a corde: quidā ramus egrediꝯ a trunco recto versus dextrū ⁊ similit̄ ⁊ cōstituit basilicā in curuatura brachij. Iste igitur due basilice equaliꝯ hauriūt ex puteo: ⁊ ideo equale essꝫ quātū ē ex ꝟ de flobotomia de quacunq; ꝑte fecerit. qꝛ equalis est distātia. sꝫ aliud ē qm̄ vene capillares que nutriūt costas superiores habēt colligantiā cū venis capillaribꝰ que ꝓcedunt a basilica. ⁊ ita si fieret flōia in principio corpore pleno de eodē latere fieret tinctus ad locum per venas capillares. ⁊ ita faceret ad augmētū. ⁊ si egritudiē cō firmata in corpe nō existente plectorico fieret ꝙ opposita. tūc fieret tractꝰ materie corrupte ad mēbra nobilia. Restat igitur ꝙ in principio corpe plectorico et istente debet fieri flōia de basilica oppositi lateris. aut de saphena eiusdē partis postea fiat de eadē ꝑte. ⁊ dicit Bal'. ꝙ si nō inueniaꝯ basilica qō fiat de mediana. ⁊ si nō inueniatur de mediana ꝙ fiat de cephalica. Quia de quacunq; parte fiat a toto corpore fit euacuatio. Attamen intelligendum ꝙ flobotomia ⁊ farmacia sunt multuꝫ conseruanda ne virtus debilitetur. quia virtus est que curat morbos deinde fiant calefactoria. Et si materia est colerica fiat calefactoꝛium cum spongia: aut cum vase eneo vitro terreo vel cupreo. et ita de alijs. panno interposito inter latus ⁊ vas. Si autem materia fuerit grossa viscosa fiat calefactoꝛium de oꝛobo. fenugreco. et furfure contrictis ⁊ positis in sacculo ⁊ bullitis in aqua. vbi sit accum: ⁊ compressis fortiter ⁊ lateri applicatis. Sed in omnibus istis debet esse cautela ꝙ postquam incipiunt infrigidari ꝙ remoueantur. Si autem materia fuerit sanguinea aquosa fiat calefactoꝛium de sale ⁊ milio toꝛrefactis: ⁊ in sacculo positis. Deinde vtatur tali potione gargarizando. foꝛbendo diu in oꝛe tenendo. Recipe rad. bruscī. spargi. gramīnis. aā. ʒ. i. endō. scariole. aā. ʒ. ij. capillis veneris. re. oꝛdei. aā. libꝛas quinq; quatuoꝛ se. frigidoꝛum minoꝛum ⁊ maioꝛum. semī papaueris albi. liquire munde. cubbebarum. ʒ. i. mell'. ʒ. ij. panis zucca. libꝛ. i. fiant sirupi. libꝛ. i. ⁊. ʒ. Et si materia essꝫ frigida aut tempus frigidum ⁊ materia difficilis exitus: possumus addere mellis alias. ij. ʒ. et radic̄. yreos. ⁊ yssopi. ⁊ apij. aā. ʒ. ʒ. ⁊ etiaꝫ modicuꝫ aceti. Si tussis esset debilis ⁊ non timemus de stricturā pectoris. oportet igitur ista addere ⁊ illa diminuere iuxta cōuenientiā particularū Cū aūt nos videmꝰ ꝙ predicta nō iuuāt sicut deberent. tūc faciamꝰ emplastrū tale maturatiuū ⁊ mitigatiuum. Postꝙ videmus ꝙ egritudo incipit peoloḡari. fr. radicem malue, oꝛobi, fenugreci, semen lini.

nasturcij.sc.feni.amigd.dul.gumi arabic.
cubebe.liquif.munde.añ.3.i. cõquassenť
z bulliãt in aqua z fiat emplastz cũ oleo
sisamino. Et si materia esset multũ calida
fiat vnguẽtũ de populeũ.z butiro sine sa
le z assumgia anetina.z oleo viola.z cera
alba. Et ista olea z vnguẽta z emplastra
possunt poni i lana sucida z pectori ap
plicẽť.z q̃ stet ibi p vnã horã vel p duas
z modo apponať vnuz modo aliud.

Modo videndũ est de dieta. dieta enim
oz q̃ diuersificeť p̃m elongationẽ staꝰ a
principio. quãdo igiť paruz sputt paruz
danduz est.z q̃n plus sputt plus dandũ
est.z quando egritudo est tarde termina
tionis plus dandũ est: qz virtus nõ põt
tollerare.z q̃n egritudo breuis est modi
co cibo p̃t esse cõtentꝰ qz virtus bene po
terit tollerare.z quãdo paruz exputt pa
rum est dandũ p cõpationẽ ad vnaz exhi
bitionẽ. qz virtus videť debilis z nõ pos
set digerere vna vice. Et si multum expu
it videtur fortis virtus.z sic multuz de ci
bo p compationez ad vnã exhibitionem
licet parum demꝰ p compationẽ ad totũ
morbũ. qz morbus breuis terminatiõis
est. Nullus igitur p̃t dietare nisi qui co
gnouit elongationez status a principio.
Pleureticus igitur sit contentꝰ aqua oz
dei colata. aut si nõ saltim aqua ordei cũ
toro B est dicta ptisana spissa. Et si egri
tudo elongeť vtať ordeato aliquantuluz
de mane z minꝰ de sero. Pleureticus
aũt p̃t vti octo potibus. primo. s. aqua oz
dei cum volumꝰ nutrire: infrigidare z mũ
dificare. Secundo p̃t vti ydromellis
aquatico. s.3.i. mellis.z libram vnã aque
fontis cum volumus fortius incidere et
abstergẽ. Tertio p̃t vti vino albo de
bili aquoso nato in mõtanis cũ multitu
dine aque.z B cum volumus magis vir
tutem cõfortare.z isti duo potus misce
tur in principio.z cum materia ẽ calida.

Quartus potus p̃t esse strup. iulep: B
est aqua fontis cum pane de zuccaro. cũ
est delicatus z volumus infrigidare.

Quintus potus p̃t esse succus malorũ
granatorum dulciuz cuz multa aqua fon
tina: cum volumus humefacere z confor
tare. Sextus potus p̃t esse talis Re
ape aque fontis lib.j. mellis aceri. añ.3.j
panis zuccari.3. duas misceantur: z ẽ po
tus diuinus pro delicatis cum volumus
infrigidare z mundificare. Septimꝰ
autem potest esse brodium parue pulle.
Cum homo est delicatus z debilis z ple
nus fastidio. Recipe pullam albam par
uam z decoquatur cũ multa aqua fontis
z lactucis aut seminibus frigidis sine sa
le z carnibus salis. z omni alio benefi
cio. z decoquatur vsque ad ossium sepa
rationem. et vtatur illo brodio per inter
ualla omni pingnidine remota. si qua es
set. Octauus potus potest esse. vbi
esset insomnietas. ariditas lingue. salis
cet syrupus nenuphar inus. aut syrupus
papaueris cum multitudine sirupi iulep
aut cum aqua ordei. aut cum aqua fonti
na: et similibus. Et est intelligenduz
hoc bonum verbum quod dicit Auicena
quod non debet negligi mel in passioni
bus spiritualium quin vehiculum est om
nium medicinarum que competunt in pe
ctoralibus. Administrentur igitur me
dicamina cum melle. potissime cum ma
teria est frigida grossa compacta. z cum
tempus est frigidum. z ita de aliis. Sed
tamen sit paratuz z repressiuz sicut opoz
tet. Pleureticus igitur si ista non suf
ficiunt potest vti auenato: z farina tritici
decocta in furno. et parata cum lacte
amigdalarum. et potest vti colatura fur
furis. Et etiam in casu suo potest vti pi
scibus scamosis de aquis mũdis curren
tibus coctis cum sale z petrosil' z aqua.

Innoscetur igitur regimen. sed elonga
tionem status. z hec omnia et consimilia
medici industrie relinquatur. Potest
etiam vti aqua maluarum z violarum et
buglose. z borraginis. z potest vti spinar
gijs z lactucis: z potest vti passulis mun
dis. z amigdalis. z iuiubis. z etiam cicer
bitis: z violis. Et si materia est flegma
tica vtatur iure caulium z ysopi cum mel
le. Et si materia est melencolica vtatur
bugulosa cum melle: et sorbitione tritici.

De pane est intelligendum quod panis
aut est fermentatus: aut azimus. si azi
mus non competit: quoniam opilat.
nec fermentatus quoniam festinat ruptu
ram apostematis. Et ideo panis non ex
hibeatur nisi fermentatus, z hoc post ru

pturam in declinatiõe. Et si apostema nimis tardaret ad rumpendum. In decliatione igitur detur mica panis lota in aq̃. posiunt etiã dari ova forbilia ⁊ decoctiones carnium ⁊ edulinarum. ⁊ dentur poma cocta ⁊ mala granata dulcia. ⁊ pruna bene matura ⁊ cerusa dulcia. Intelligẽdum tamen sunt aliqe regule hic. ⁊ sunt Ypo. Nunq̃ fiat flobotomia: nec detur farmacia. ventre constipato. nunquam detur cibus ventre constipato Precedãt igitur disteria aut suppositoria. nunquã detur ab⁹ in magno dolore: aut magna affligatione. nisi virtus caderet per viã in anitiõis. Nunquam fiat flobotomia nec farmacia: nisi in tempore maioris quietis Non detur oxilis multe acerositatis. nisi ista particularia conueniant. scilz quod morbus sit in declinatiõe. ⁊ mã grossa viscosa ⁊ virt⁹ fortis. ⁊ tussis modica. ⁊ difficultas anhelitus nõ sit magna. ⁊ qõ detur in magna quantitate ⁊ cũ multitudie ptisane. Aliter potest ei⁹ fortitudines in eius via periclitari multi. Intelligendum etiaz iuxta hoc quod aliqui ponunt repercussiua in principio pleuresis. Sz ego nõ sum illius opinionis. quoniã aut applicanẽ intrinsece ⁊ tunc ingrossant et constringunt. ⁊ etiã crudificãt ⁊ adduut in putrefactione. Aut administranẽ exterius. ⁊ tũc nõ põt fieri repercussio. qz obliquitas venaz impedit ⁊ dempsitas costaruz. Preterea hoc nõ est repercutere. sed magis faceret materiã ad locum currere. cuz materia repercutiaẽ a parte post ⁊ nõ a parte ante. Preterea aliq̃ nituñ curare pleuresim cũ actractiuis. corpore mundificato. ponendo vẽtosas supra locum ⁊ emplastra de sinapi ⁊ similibus. Sed ego non suz illius opinionis Tamen qz materia nõ est bene tractabil' pp naturã loci. tuz qz timẽduz est de augmentatiõe apostematis ,ppter violentã tractationẽ. Preterea quidam nituñtur multũ circa mitigationem accidentium. sicut est alienat.o. insomnietas. sitis. constipatio. ardor. ⁊ similia. Et istis assentio nisi qõ a principio pleureticus bene regatur. ⁊ egritudo sit curabil' taz malicia sincomatum nõ supervenit. Sz ponatur qõ sit causata. certe vtile est cõsiliũ adhibere remedia que inueniẽnt in locis suis: nec oportet hoc plongare. Si aũt egritudo prolongaẽ ⁊ sim⁹ coacti maturare. vtaẽ tali sirupo: ℞. rad. yreos. ysopi. lilij. añ. ʒ. i. caricaz. dactilozz. añ. ʒ. ij. vuaz pas. mũd abarill'. iuiubaz. liquir mũde. dragagãti. gumi arabi. iij. ss. frigidoz añ. ʒ. ij. capill' ve. re. lib. ℈. mell'. ⁊ zuccari. añ. lib. ℈. fiant sirupi. lib. ij. ⁊ ex istis cisdẽ cũ orobo ⁊ fenugreco. ⁊ se. lini. ⁊ stercore colũbino ⁊ opoponaco fiat emplastrum ⁊ super latus aponaẽ. Si autez fiat qõ de ruptura ⁊ sanie ⁊ tussi. ⁊ multis talib⁹ recurram⁹ ad capitulum de tussi. ⁊ capitulum de asmate. ⁊ empimate ⁊ ptisi. ⁊ inuenietur plenitudo mundificationis. quare propter ista non dz prolongare. Restat igitur dicere de ptisana. Collige ordeum grossum plenum ponderoz. ij. z: bene maturum: nõ min⁹ antiquũ: nec minus recẽs sine omni malo odore ⁊ sapore ⁊ sine admixtione oĩno alteri⁹ rei. ⁊ qõ sit collectũ in anno fertili: nõ corrupto nec pestilenti ali. ⁊ q̃ sit natuz in terra alta ventosa nõ fimata: nec iuxta paludes nec loca corrupta. ⁊ q̃ granum sit obseruandũ in loco eupozabili. ⁊ de tali ordeo. ℞. lib. i. con quassetur a cortice suo. ⁊ ponaẽ i olla terrea vitreata noua cũ. ꝓꝓ. lib. aque fontis ⁊ bulliat lento igni. ⁊ de lignis siccis sine fumo. ⁊ ligna nõ sint corrupta nec putrida. sed si possibile est sint de iunipero aut quercu. ⁊ q̃ ignis sit darus aut munbus. ⁊ bulliat vsq̃ ad consumptionẽ medietatis. ⁊ tũc permittaẽ infrigidari. ⁊ p⁹ ea suauiter colaẽ ⁊ reseruaẽ. qz ista aqua habet oẽs bonitates in abstergendo et mundificãdo ⁊ penetrando ⁊ infrigidando. ⁊ ita de aliis. Et est intelligendum q̃ ordeuz cũ cortice magis abstergit ⁊ mũdificat. sed sine cortice magis nutrit ⁊ cõfortat. Si autez volum⁹ q̃ magis nutriat bulliat donec due partes aque sint cõsumpte. ⁊ sit quasi spissa ⁊ forbeaẽ cũ illa spissitudine. ⁊ appellatur apud Ypo. ptisana cum toto. sicut prima appellatur ptisana colata. Si autez ordeuz facere volumus excorticetur ordeum ⁊ ablnaẽ cum multis aquis dulcibus. ⁊ decoquaẽ intrinsez q̃ caro vaccina esset decocta. ⁊ postea teratur fortissime in mortario. et

postea diſtĩpereſ cũ lacte amigdaloꝝ ⁊ coleſ ⁊ apponaſ lento igni donec incipiãt inſpiſſari. Aliqui aũt faciũt ptiſanã ſic ponũt ordeũ cõtrictũ in amphora: ⁊ implẽt amphorã aqua ⁊ poſtea ponũt amphorã in cacabo pleno aqua vt bulliat a qua cacabi lento igni ſine fumo. Et p cõſequẽs aqua amphore: ⁊ poſtea reſeruet ⁊ eſt bona p debilitatis. qz penit⁹ nihil habet de fumo. Et eſt intelligendum q decoctiones fiunt de multis granis: ſicut eſt triticũ. ſpelta. auena. cicera. orobi. fenugrecũ. ⁊ multa cõſimilia. ſed ſm Ypocra. ⁊ oẽs ſapientes. Decoctio ordei excedit bonitates alioꝝ granoꝝ. Et pero veniaz qz breuiter pertranſiui cum materia ſit ita difficilis ⁊ periculoſa. Sed alibi a nobis ſupra regimentuz ptractatũ eſt: ſicut ſcitis. Cum autẽ fuerit in conualeſcẽtia balneeſ ⁊ particula paries diligẽter mũdificeſ ⁊ etiã cõfortes.

Clarificatio. Intelligẽdũ q pleureſis nõ eſt apoſtẽa ſoluz in diafragmate imo in panniculis coſtarũ interioꝝ ſm Balie. in illo amphoriſmo. acide. eructuatõnes ꝛc. Vbi dicit q pleureſis eſt apoſtema in interiorum coſtaꝝ pãniculis. Secũdo notãdum q ſignificeſ pleureſis ex plenitudie ⁊ abũdantia plus generaſ ex ſanguine. ⁊ ſi generetur per viaz penetrationis pluſ generaſ ex colera: cũ pãniculꝰ ſit denſus ⁊ colera plus penetret. Et ſi generetur per viam reumatis ⁊ ſtillicidij plus generaſ ex flegmate. Et ſi generetur p viã cõgeſtionis plus generaſ ex melãcolia. Abſolute tamen ⁊ frequẽtius generaſ ex colera. ⁊ p hanc rationẽ plus generaſ in vere q̃uz eſt ex dominio ſanguinis. ⁊ plus in eſtate q̃uz eſt ex dominio co. niſi q de facili euaporat. ⁊ plus in autũno quantũ ẽ dominio melẽcolie. ſed accidentaliter plus quantum eſt de co. generata in eſtate. et plus in hieme de flegmate per ſe ſed accidentaliter plus quãuz eſt de colera generata in eſtate ⁊ cõſeruata per autũnuz ⁊ hyemẽ. ⁊ tunc ad pãniculos penetrante. ⁊ ſm hanc rationez raro cauſaſ pleureſis in ſenibus. ⁊ ſi cauſareſ vt plurimũ erit de flegmate. ⁊ ẽ multũ periculoſa ratione nimij ſenſus. In iuuenibus autem plus accidit de co. ⁊ in adoleſcentiꝰ pl⁹ de ſanguine. Tertio debemus intelligere q ſputum rubuuz p ſe ⁊ ſolum peſſimuz eſt. qz ruptura vene ſignificat. ⁊ tunc cõpetunt cõtraria medicamina vt dictuz eſt. Si autem ſit mixtum cũ albo bonum eſt ⁊ tunc magis eſt ſub rubeo q̃ rubeuz Quarto intelligendũ q in corporibꝰ plenis faciẽda ẽ ſloboromia de parte oppoſita. ⁊ ſi nõ ẽ plenũ ⁊ egritudo confirmata fiat de eadem. ⁊ ſi humores ſint frigidi cum multitudine adhuc poteſt operere ſlobotomia: etiam in dolore deſcendente. quia tutior eſt via ſm Galienum. Et debet fieri primo in corporibus plenis ſm Auice. de ſaphena eiuſdem lateris. Quinto notandũ q nulla fortis medicina debet dari in pleureſi quicquid dicant antiqui. ⁊ aliqui moderni factant ſe illam viam tenere. Sed diſputationibus pretermiſſis nõ videtur rationabile detur igitur caſſiaſ. mãna. thamarindi. iuiube. boꝝ. bugloſſa. violaꝝ. pruna. ⁊ ſimilia. Per iſta enim medicus nunq̃ erit ignominioſus. ⁊ fiant etiam ſuppoſitoria. ⁊ clyſteria lenitiua. Sexto intelligenduz ſicut dictum eſt q repercuſſiua nunq̃ cõpetũt in pleureſi. ⁊ ſi aliquo modo cõpeterent ſicut voluit ebẽ meſue. tunc competerent in initio initiante. Si quis preſens eſſet ⁊ deus dediſſet talẽ gratiã q principium initians cognoſceret. aut q portaretur in manu vel in burſa medicamia repercuſſiua: ſed quãdo poſſunt talia cõcurrere nõ videſ. Et ideo ſumme miroꝝ: quõ bonus beben meſue ſolus dormitauit. Septimo aduertendũ eſt q maturatiua nõ cõpetunt in pleureſi: niſi quando egritudo prolongatur. ⁊ non habemus aliam viaz. Mundificetur igitur corpus ⁊ applicentur euaporatiua: quoniam ſanies eſt multum periculoſa. Vltimo notandum q vapores aſcendentes ad caput infrigidantur ⁊ cadunt ad pannicu los ⁊ conculcantur ⁊ putrefiunt. ⁊ ita caſſiunt ⁊ pleureſim generãt.

Capitulum .x. de periplemonia.

Periplemonia ẽ apoſtema calidũ pulmonis. Iſtũ ãt

apostema terminat aliquãdo per vĩa resolutionis.aliqñ indurat aliquãdo delegatur mã ad cerebrũ.aliqñ ad partes exteriores.aliqñ ad plurescim:sed raro. aliquãdo ad neruos.aliqñ transit ad empiema.⁊ si mundificet in.xl.dieb⁹ bonum ẽ. ⁊ si nõ.⁊ virtus est debilis multum suspectum est.

Causa. Aliqñ causatur periplemonia ex pleuresi ⁊ ẽ sp malũ ⁊ gñat frequenter ex catarro:⁊ generatur ex quolibet humore. sed sicut pleuresis generat vplurimũ de co.ita piplemonia vplurimũ de flegmate.

Signa. Pulsus ẽ nudosus fe.fortis:sima:difficultas anhelit⁹. vehemẽs duricies quasi ad pvocationẽ: rubedo maxillaꝝ:inflatio oculoꝝ:dolor i medio duaꝝ spatulaꝝ.

Pronostica. Periplemonia quãdo generat ex pleuresi vt plurimũ facit alterũ duoꝝ.aut iterficat infra.vij.dies.aut trãsit in ptisim. Si mã per plemonie terminet ad vias vrinales liberationẽ significat. Et est intelligendũ hic gratia me.q periplemonia de co.vt plurimũ est mortalis.⁊ ita vt plurimuꝝ ois periplemonia est mortalis cũvt plurimũ de co.gñet. Cui⁹ rõ ẽ qñ hanc periplemoniã sequitur calor vehemens ⁊ dolor vehemẽtissimus ratione punctu re.⁊ frigidis medicaminis nõ potest bene infrigidare mineram.quoniã virt⁹ medicamis infrigidantis nõ põt venire cuꝝ totalitate sua.siue applicet interi⁹ p modum portionis:qz via est longinqua.siue applicet exterius qz coste impediunt.

Cura. Curatio piplemonia fere eadem ẽ cum curatione pleuresis nisi q in piplemonia debem⁹ medicamina fortiora applicare ⁊ supra particulaꝝ patientẽ apponẽ. Et debem⁹ magis ẽ intenti vt mã cũ tussi mũdificet ⁊c.

Explm.xi.de tremore cordis.

Tremor cordis est motus tremulus preter naturam.

Cause. Quedam sunt extrinsece ⁊ quedam intrinsece. Extrinsece sicut est calor nimi⁹ subitus: aut frigiditas.aut inanitio nimia.aut accidẽtia anime cũ sunt in excessu.aut venenum sumptuꝝ.aut morsus animaliuꝝ venenosorũ aut se.pestilentialis.aut vermes.⁊ omnia breuiter que in excessu debilitant virtutẽ cordis. Si abintus nunc prouenit ex magnis passionib⁹ membroꝝ habentiuꝝ vicinitatẽ aut colligantiaꝝ cuꝝ corde:⁊ ita potest prouenire propter passio. cerebri ⁊ pulmonis ⁊ stomaci ⁊ epatis ⁊ splenis ⁊ matricis. Et prouenit etiam hec passio propter ventositatẽ ⁊ propter nimium sensum.⁊ prouenit etiaꝝ propter vapores sanguinis corr:pti prouenientis ad cor.et colere. et flegmatis. et melencolie.

Signa. Signa causarum extrinsecarum ꝟ habentur ex indutione patientis. Et cum prouenit ex passio. aliorum membroꝝ discernitur per passio.⁊ signa illoruꝝ. Et si venerit ex vermibus plus affligitur ante cibum. ⁊ cum q̃ bus assumit incipiunt ascendere. Et si fuerit ex inanitione plus affligitur ante cibuꝝ.⁊ si ex repletione plus ofligit post. Et si ex nimio sensu ⁊ raritate aduenit si bi ex quacunꝝ facili causa. Et si ex vento cito venit ⁊ cito recedit. Et si ex calore pulsus ⁊ anhelitus sunt velocꝫ ⁊ frequentes ⁊ inordinati. Et si ex sanguine discernitur discurrendo per ref.naturalis ⁊ nõ naturalẽ ⁊ cõtra naturã.⁊ si ex frigiditate pulsus ⁊ anhelitus sunt pui ⁊ tardi ⁊ inordinati. Si igit vena fuerit rubea ⁊ spissa ⁊ pulsus nudosus ⁊ facies rubea ⁊ calor in pcordijs.⁊ patiat sitim ⁊ fuerit adolescẽs.⁊ fuerit i odio ⁊ comedit cibaria multiplicatia sanguinẽ.⁊ fuerit hõ let⁹ ⁊ liberal. Vere istis pticularib⁹ ꝯcurrẽtib⁹ aut vplimũ pjectura ẽ,pria vitati.q tremor cordis sit pp sanguinẽ. Et p hũc modum possum⁹ dicẽ de co.si vena fuerit aqrea ⁊ tenuis.⁊ pulsus velox frequẽs.⁊ satis mera.⁊ color ĩtẽsus ⁊ ipse ẽ iuuenis aiosus q̃ currit ⁊ laborauit ⁊ multiplicauit ea q̃ generat co.tẽ vẽ ex co. Sil⁹ de flegmate. si vena ẽ remissa ⁊ spissa.⁊ pulsus tardiat⁹ ⁊ pu⁹.⁊ ipse sit somniculosus ⁊ stupid⁹ et flegmatic⁹,⁊ i hieme,⁊ pusillanim⁹.tũc vt

ꝙ humiditas flegmatica petit cor: ⁊ nō p
mittit ipm moueri motu suo naturali cuz
impediat situ eius. iō cor mouet motu i
ordinato tremulo. Similiter ⁊ de melā
si fuerit melēcolicꝰ extenuatꝰ. in autūno.
⁊ sit timidus. ⁊ ita de aliis. Videt ꝙ tūc
sit pp fumos melēcolicos inuadētes cor
⁊ capsulas ei⁹. ⁊ qz cor est indignātis na
ture: ⁊ nō sustinet istos fumos horribiles
ideo mouet motu inordinato tremulo.
Sicut tremor accidit in capite ⁊ manib⁹
⁊ pedib⁹. cuz virtus membz regere non
possit. qz tremor est mot⁹ ꝓpositꝰ: sicut ꝺ
scribitur in de morbo.

Pronostica. Dis mala cōplexio
cū excedit debilitat.
⁊ virtus debilē inducit tremorē. ⁊ tremor
syncopim. ⁊ syncopis mortem. Si igitur
tremor cordis diu duraverit mortē signi
ficat. Si aūt post tremorē aduenīat vo
mitꝰ p̄assiuꝰ ⁊ tremor nō cesset spasmū si
gnificat ⁊ mortē. Si aūt apostema vene
rit cordi. aut est magnuz au paruū. si ma
gnū: aut est ex ea. aut frigidū. ⁊ si calidum
interficit in eadē die. ⁊ si frigidū interficit
in secūda. ⁊ si paruū sicut pustule ⁊ sili
terficit in ꝓrta. ⁊ emittit sanguinē p nares
sicut incaustz. Si vulnꝰ supuenerit cordi
aut ei⁹ pte sinistra aut dextra. ⁊ si in dextra
aut ē magnū aut puuz. si magnū statiz in
terficit. si puuz in prima die. ⁊ si i sinistra
in eadē die vl hora siue puū siue magnū
Vlcus in corde mortē inducit.

Cura. Intelligendum ꝙ in omni tre
more cordis cōpetunt aroma
tica. ita ꝙ si cā est ea. administrenť aroma
tica frigida cū modica appositiōe aroma
ticoz calidoz vt melꝰ penetrēt. Et si cau
sa est frigida administrēť aromatica cali
da cū modica appositiōe frigidoz vt meli
us fiat conseruatio. Attamē intelligē
dum ꝙ si discratia est nimis intensa: tunc
sufficit solum apponere oppositā aroma
tica sine appositiōe similiū. Aromatica aūt
cordialia frigida sunt ista viol. nenuphar
rose. sandal. ocs. cāphora. accetum. agres
sta. succꝰ acetose. suc. malozgrana. aceto
sitas citri. ⁊ limonuz. ⁊ citranguloz. aqua
ro. carabe. coriandrū ꝑpatum. ⁊ fructus a
romatici. sicut sunt citonia. pirra. poma
dul. ⁊ valet lac acetosum. pusana. zuccaz
Cōposita sunt ista. sirup. limonuz ⁊ ribes
nō tñ inuenitur in terra ista. ribes. ⁊ siru
pus ro. ⁊ viol. ⁊ nenuphar⁹. ⁊ triasan
dali. ⁊ zucc. ro. ⁊ viol. ⁊ trocisci de cāpho
ra. ⁊ diagragantū frigidū. ⁊ oia similia.
Aromatica aūt ea. sunt ambra. storax. ca
lamita: muscus. lignū aloes. gariofil. cor
tes citri. ⁊ citrāguloz. nux musc. cinamo.
se. maiorane ⁊ basiliconis. vinuz aroma
ticum. folia enule. Cōposita sunt ista. tyri
aca. metridatū. potio muscata. letitia. ℈.
diambra. diamargaritō. diatrodoti. iulꝫ
alipta muscata. gallia muscata. ⁊ similia.
sicut est pulla lardata ⁊ assa cū vino aro
matica ⁊ aqua ro. Ea aūt que valent in
yrocꝫ casu sunt ista: auz purum foliatuz
argentum puz foliatū. margarite. corall⁹
rasura eboris. spodium. os de corde cer
ui. iaccinct. blacio bizātie. smaragdis. do
roniconmelissa. borrago. buglosa. Ex
his aūt possunt fieri electuaria. vel pulue
res. aut trocisci. ⁊ sirup. ⁊ oia similia. ⁊ cū
his pōt rectificari aer. Visis vniuer
salibus ad ꝓticularia veniam⁹. Si fu
erit de sanguine fiat flōia. ⁊ vtať sirup. ꝺ
boz. ⁊ de buglosa. ⁊ sirup. ro. ⁊ acetoso. ⁊
siru. limonū. vbi fuerint sandali ⁊ cāpho
ra. ⁊ mundificeť corꝑ cū ꝓunis ⁊ mā
na ⁊ floz boz. ⁊ buglose. ⁊ odoret sandalos
muscatelinos ⁊ ro. ⁊ aqua ro. ⁊ acetosita
tem citri. Si aūt materia fuerit colerica
digerať cū siru. de boz. ⁊ buglose. ⁊ siru.
de viol. ⁊ sirup. iulep. ⁊ siru. nenup. vbi
fuerint ro. camphora ⁊ sandali. ⁊ purgeť
cū viol. ⁊ casiefist. ⁊ thamarind. ⁊ odoret
viol. ⁊ nenup. ⁊ ros ⁊ acetositatē citri.
Et si mā fuerit flegmatica digerať mā cū
sirup de boz. ⁊ buglo. ⁊ oxil. diur. vbi fue
rint cortices citri. ⁊ nux musc. ⁊ se. maiora
⁊ basilicōis. ⁊ fiat pomum de ambra. ⁊ li
gno aloes ⁊ musco. ⁊ purgeť cum yerapi
gra. ⁊ yeralogodion. aquatiz. cum pulpa
cōll. Et si materia fuerit melica. digerať
cū siru. boz. ⁊ buglo. ⁊ fumi terre. ⁊ oxil.
squill. vbi fuerit epimꝰ ⁊ aloes. gariofil.
⁊ cinamom. ⁊ odorz alip. muscatā. ⁊ pur.
ꝙerať. ⁊ yeraruf. acuatis ꝓlapid armeni
co. ⁊ si fuerint ventositates fiant fricatio
nes. ⁊ detur sibi diantos cuz musco ⁊ di
anison. ⁊ vitet oia que generant ventosi
tatē. Et si fuerint ex nimio sensu dentur

fibi aromatica frida cum paucis calidis ⁊ viter oẽm nimiũ labore tã aialez ꝙ cor pozalẽ. Et ſi fuerit ꝓpter vermes: aut pp paſ. alterũ mebzoz. aut ꝓpter venenuz ⁊ ſimilia. Eurenſ illa pri⁹ ſicut dictũ eſt i locis ſuis. Notandũ de croco ꝙ nõ debet dari niſi in parua q̃ntate. Si autẽ dare tur in magna venenuz eſt. interficeret. n. ridẽdo. Quãtitas autẽ ſue magnitudis doceri nõ debet. Et eſt notandum ꝙ ſuccus bugloſe qualibet vice ſumpt⁹ cũ gazioſil multũ valet in tremoꝛ cordis. Sil⁹ intelligendũ ꝙ pullus dꝫ lardari ⁊ aſſari ⁊ aſpgi aqua ro. ⁊ acetoſitate citri ⁊ nio aromatico ⁊ ꝙ odozetur. Et ſi cã fuerit frida pullus calidus comedatur. ⁊ ſi fuerit frigida comedaſ cũ erit infrigidat⁹. ſi fuerit talis ꝺditio ꝙ poſſit comedere carnes. qm̃ frigida cõpetũt in tali caſu. Conſideretur igiſ mãtia ⁊ applicenſ iuxta cõueniennã pticularium.

Clarificatio. Intelligendũ ꝙ ſz motus cordis naturalis ſit motus dilatationis ⁊ conſtrictionis: ⁊ in tremoze videaſ eſſe mot⁹ dillatationis ⁊ cõtrictionis nõ tñ eſt naturalis. ĩmo inozdinat⁹ ⁊ ꝓter naturã. ⁊ forte motus tremoꝛis ꝓprie loquẽdo nõ eſt i cozde. cũ mot⁹ tremoꝛis nõ ſit niſi in mẽbzo qõ nõ mouetur niſi volũtarie. Mot⁹ ãt cozdis nõ eſt motus voluntari⁹: ſed ẽmotus naturaſ ſequẽs fozmã. Sz poſſem⁹ dicere ꝙ iſte mot⁹ poſſet quodãmodo reſpondere motui volũtario. ⁊ aliquo mõ mot⁹ tremoꝛis põt attribui cozdi ꝙ quãdam attributionẽ. Coꝛ igitur patitur tremoꝛẽ ⁊ iectigationẽ. cũ igiſ coꝛ ſit mẽbzũ primũ ⁊ radix oĩum virtutũ ⁊ mẽbzũ delicatũ ⁊ nõ poſſit ſuſtiere materiã ſibi⁹ odioſam mouetur ad fugandũ ⁊ repellendũ vel ad fugiendũ vl̃ ad vtrũq;. ⁊ talis motus velox ⁊ inozdinat⁹ appellaſ tremoꝛ. ⁊ ſentitur etiã manifeſte verſus mamillã ſiniſtrã. Si enim nullus mot⁹ naturalis eſſet cozdi mot⁹ tremoꝛis apparere non poſſet. ⁊ iõ talis mot⁹ nõ attribuiſ epati nec multis alĩs mẽbzis nec capiti cũ idi natur ſupra pulſuinar. nec brachĩs cũ inclinãtur ſupra latuſ niſi paſſio eſſz nimia ⁊ violẽcia ⁊ ꝓprima paliſi. Et tũc ẽ iſte motus ſicut vermiculoſus aut formicãs, Sz tũc manifeſte apparet cũ aliquis intẽdit mouer caput aut manũ volũtarie aut aliquid agens ⁊ potiſſime motũ rectitudis. ⁊ tũc apparet mot⁹ tremoꝛis. Qm̃ cũ aliqua res ꝓter naturã venit mẽbris mouentibus volũtarie. tũc virtus debilitaſ ⁊ nõ põt cõplere ſuũ motũ. Mouer igiſ partim. ſed cõplere nõ põt. ⁊ tũc deficit. quare natura mouet ſupius ⁊ mozb⁹ iferius. Et tũc deficit mot⁹ rectitudinis quẽ nõ intendebat cõplere ⁊ nõ põt ꝓpter debilitatẽ virtutis. ⁊ ita ꝓprie loquẽdo tremoꝛ nõ eſt niſi in mẽbzis vbi eſt mot⁹ voluntari⁹. Attamẽ põt attribui cozdi. qm̃ licet mot⁹ cozdis nõ ſit volũtarius ĩ hoc tñ qz naturalis eſt loco voluntarij. Sicut igiſ motus volũtarius cũ ab aliquo non impediſ cõpleſ ſine ĩpedimẽto. Ita motus cozdis cũ ab aliquo nõ impediſ. completur ſine impedimẽto. Cũ igitur aliqua res ꝓter naturã aduenit cozdi motũ ſuuz naturalẽ cõplere nõ põt. Nõ põt igitur coꝛ cõplete dilatari. nec cõplete conſtringi. ſz ad vtrũq; feſtinat ⁊ neutrũ peragit Et talis mot⁹ frequẽs ⁊ agitatiu⁹ ad ſuperius vel inferi⁹ appellatur tremoꝛ cozdis. cũ igitur ꝑdicat ſincopim ⁊ mozrem. ideo cũ diligentia aduertendũ. Secũdo intelligendũ ꝙ coꝛ põt apoſtemari ⁊ in ſe ⁊ in ſua capſula. nõ qõ apoſtema veniat ad cõplementũ. Qz coꝛ eſt indignãtis nature ⁊ nõ poſſet pati tãtum lapſuz vſq; ad cõplemẽtuz. Et licet forte poſſz aliquo modo pati oẽs mozbos apoſtematũ vſq; ad ſui cõplementũ nõ. cuz in apoſtemate ſint oẽs mozbi genere. ſed bene põt eſſe principium ſed cõplementũ non a natura cũ cueniret mozs centies. Tertio notãdũ qõ licet calidum ⁊ frigidũ cõtrarientur. Nihilomin⁹ tñ bene poſſunt ꝓuenire in effectu. ſicut in cardiaca. cum vtrunq; debilitet virtutẽ ſz diuerſimode Quia frigiditas facit ꝺ cõprimẽdo. ⁊ caliditas exalando. Et quando eſt cum ſudoze appellatur cardiaca diafozetica. Et ꝓtanto accidentia anime poſſunt cauſare cardiacã. ſicut tremoꝛ ⁊ triſtitia. gaudium ⁊ letitia. Quarto notandũ qm̃ liczꝓ flõia habeat multũ debilitare. nihilominus põt bene cõpetere in tremoze. cum virtus debilitetur ꝓpter multitudinem

Ultimo notandū ꝙ fucatus maiorane et buglose cū garioſil. multū vz in tremore cordis ⁊ cardiaca paſ. ⁊ potiſſime ſi cā ē frida. ⁊ corpus mūdificatū.

Capm. xij. de ſincopi.

Incopis ē ablatio ſenſus ⁊ motus in toto corpore ꝑm maiorē partē ꝓpter debilitatē cordis. Intelligendū iuxta iſtam partē ꝙ tremor et ſincopis nō differūt niſi ꝑm intēſiuz ⁊ remiſſiuz. qñ cauſe ſunt debiles in tremore ſed ſunt fortiſſime in ſincopi. Et ideo cauſe ⁊ ſigna ⁊ curatio magnā conueniētiaz habēt. Secūdo intelligendū ꝙ cauſe immediate ſincopis poſſunt eſſe duc. ſ. omne illd quod facit ſubito ad exaltationē caloris ex corde. ⁊ omne id quod facit ad coartationē caliditatis ſubito in corde.

Cauſe. Cauſarū ſincopis quedā ſūt extrinſece ⁊ quedā intrinſece Extrinſece ſicut eſt ſudor nimi⁹ ⁊ balnea nimia. ⁊ venenū aſſumptū. ⁊ morſus reptilium. ſubita caliditas nimia. ⁊ frigus. ſimiliter fames. ⁊ coytus ſuperfluus. ⁊ omne illd qđ ſubito inanit ⁊ nimia repletio cibi. ⁊ potus. aer cauernarū ⁊ mineraruz ⁊ aer peſtilentialis. Et venit etiaz ꝓpter accidētia aīe nimis intenſa. ſicut eſt gaudiuz. ⁊ oīa conſimilia. Cauſe intrinſece ſūt ſicut paſſiones magne membroꝝ corporis. ſicut patet in cerebro ꝓpter epilēſiam ⁊ apoplēxiam. ⁊ ſicut pz in paſſionib⁹ ſtomaci: ſc̄ eſt nimia repletio: aut inanitio. ⁊ ſicut patet in canino appetitu ⁊ bolliſmo ⁊ in dolore ſtomaci. ⁊ mordicatione eius ⁊ ſicut pz in colica. ⁊ yliaca: ⁊ fluxu vētris ⁊ vermibus. ⁊ ſicut patet in nimio fluxu menſtruoꝝ ⁊ emorroydaꝝ. ⁊ in nimio fluxu ſanguinis narū. ⁊ in ſuffocatione matricis. ⁊ in humorib⁹ corruptis exiſtētib⁹ in epate ⁊ in ſplene cū vapores vadunt ad cor. Et venit etiā ſincopis ꝓpter corporis nimiaz repletionē aut opillationē aut ꝓpter nimiā inanitionē. aut ꝓpꝫ nimiam cordis caliditatem. ⁊ humorum ſubtilitatem. ⁊ frigiditatem. ⁊ humorum groſſitiē. ⁊ ꝓpter febres peſtilēciales ⁊ ꝓpter principium poſtimoꝝ. ⁊ ꝓpter dolores. ⁊ ꝓpter accidentia intenſa. q̄ ſupueniunt febri. ⁊ ꝓpꝫ vulnera ⁊ apoſtēata. ⁊ ſaniem. ⁊ dolores fortiſſimos. ⁊ oēs labores tā animales ꝙ corpales. ⁊ ſicut ē flōia in nō aſſuetis. ⁊ omnia cōſimilia q̄ ſubito cōculcant calorē in corde: aut ipm faciūt exaltare ſicut dictuz eſt.

Signa. Signoꝝ quedā ſunt que ſignant futurā ſincopim. ſicut ē tremor cordis. ⁊ mutatio coloris facici ad nō naturalē colorē. ⁊ mutatio pulſus in paruitatem ⁊ tarditatem: ⁊ frigiditas extremitatum. Signoꝝ quedā ſunt que demonſtrant poſitū ſincopis. ſicut eſt ablatio ſenſus ⁊ motus. ⁊ pulſus foꝛcās ⁊ mortificatio facici. ⁊ oīa illa que dicta ſunt ſupius libro. ij. vbi poſuim⁹ ſigna diſtincta iter oēs ſpēs ſincopis. ⁊ inter ſincopim ⁊ mortē. Signoꝝ quedam ſunt q̄ ſignant cauſas. ⁊ ſi fuerit cauſe primitiue habēt ꝑ indiciū aſſiſtentiū: ſi bene inueſtigenť. Et ſi fuerit ꝓpꝫ paſſiones mēbroꝝ cognitio habēť ꝑ indicia illoruz. Et ſi ſincopis venerit ſine oī cauſa manifeſta taz extrinſeca ꝙ intrinſeca: ⁊ venerit ſubito. tunc ſignū eſt ꝙ ſincopis ē ꝓpter ꝓpias paſſiōes cordis. ⁊ talis ſincopis eſt peſſima ⁊ mortalis. Et inueſtigentur ergo diligenter ſingule pres corporis: et nō effugiet te cauſa paſſionis. Si fuerit denſitas vel raritas: repletio vel inanitio, caliditas. frigiditas. venenuz diſcernitur quia ſapor horribilis eſt in ore. Alie cauſe ſunt ſatis manifeſte.

Pronoſtica. Si aliquis ex lōgo rpe patiatur tremorem cordis. ⁊ ſubito venit ſincopis: ex pedītum eſt negociū. q: cauſa ē equata. Si autem aliquis patiatur longā ſincopim ⁊ color facici fuerit mutatus i liuorē aut virorē aut nigredinē: nunq̄ calcabit terram. Si ſubito venit ſincopis ⁊ ſine omni cauſa manifeſta: ⁊ ſincopis fuerit longa conſumatum eſt. Si alicui ſincopizanti datū fuerit ſternutatoriū: ſicut eſt pulus ellebori albi: ſcz ꝙ pulus fuerit iniectus in nares ⁊ non ſternutauerit: nullū eſt conſilium niſi ꝙ cruz ⁊ th̄riacha ap portentur.

Cura. Aliter enim eſt operandum in paroxiſmo. ⁊ alit poſt. Signif

igitur mortalibus non apparentibus vt dictum est operemur sic duz sincopis adest. Prima igit opatio est q̄ fricent extrema cū manib⁹ ꝛ cuz panno aspero. aut cum sale ꝛ aceto. ꝛ q̄ fiāt ligationes extremitatū doloꝛose. Secūda q̄ ponantur in aere claro: ꝛ q̄ vocentur propria voce in aure alta voce ꝛ multis vicibus. Tertio proiciatur aq̄ ro. muscata in facie exalto: aut aq̄ frida nisi in tribus casibus s. si sincopis esset, ppter nimiaz frigidatem. aut, ppt nimiā repletionē. aut, ppter fluxum ventris. Quarto debem⁹ applicare aromatica naribus frida in calida cauta. ꝛ in frigida ecōuerso. ꝛ etiā pilluerem aromaticū naribus ifflare. nisi in vno casu. Si sincopis esset, ppter suffocationem matricis. ꝛ tūc apponatur naribus galbanuz. ꝛ assa fetida. ꝛ alipta muscata inferius. Quinto debem⁹ adhibere vinum: sed diuersimode. Qm̄ si cā fuerit in anitio tūc detur vinū cū brodio carnium Et si cā fuerit ca. dē vinum frūm cuz aq̄ frida. Et si causa fuerit frida dē vinū cū aqua cal'a. Et si fuerit, ppt repletionē detur vinū aromaticum purū sed in parua quātitate. Sexto aperiam⁹ os cū cultello ligneo ꝛ fricemus linguā ꝛ dentes cū tyriaca ꝛ potione muscata. Septimo ꝛ vltimo apponātur narib⁹ sternutatoria ꝛ si sternutat bonū est. ꝛ si nō statī fugiat medicus bospite in salutato. Si aūt nō fuerit in porrimo: ſz timeat q̄ veniat, ppt posſimū se. aut qz vult facere rōiam ꝛ alias non fecit aut qz patitur tremoꝛ ē coedis. aut ē multū formidolosus. tūc oēs debēt sumere aliqd̄ aromaticuz sti ꝛicum. Sumat igitur boluz panis intinctū in succo citroniz aut vino. aut aqua ro. aut aceto se aut citri. aut brodio carniū. Aut q̄ accipiat de diacitonitē. aut aqua ro. aut diabram. aut potet muscatā. ꝛ ita ō alijs aromaticis iuxta cōuenientiam pticularium Dis visis accedam⁹ ad curationē iuxta diuersitatem causarū. Si igitur venit ex causis primitiuis vel ex egritudinibus manifestis. curentur illa p sua ꝓpria sic opz. ꝛ sicut scriptū est in locis suis. Dic verbi gratia si fuerit ex venenis. detur tyriaca ꝛ alia sicut di cū est capło de venis Et si fuerit ex accidentib⁹ alc inducat cō trarium. vt si ex gaudio inducat tristitia. ꝛ applicentur frigida ꝛ ecōuerso. Et si ex sudoꝛe eueniat. ꝛ applicent sandali ꝛ cā phoꝛa. Et si ex fluxib⁹ restringant cū aromaticis frigidis. Et si ex vermib⁹ interficiantur cuz amaris. ꝛ ita de alijs oībus. Et ideo cū cause sint multe valde reducamus ad quatuoꝛ causas. s. ad nimiū calorem. aut ad nimiā fritatem: aut ad nimiā inanitionē: aut ad nimiā repletionē. Dicamus igit q̄ calitas sit in cā. detur sibi lac aceto sum butiro extracto. ꝛ oīa frigida sicut sunt sandali ꝛ rose ꝛ camphoꝛa. Et domus sit subterranea nō angusta. ꝛ porte sint septēꝛionales. ꝛ aspergat̄ domus aceto ꝛ aqua frigida. ꝛ folijs salicis ꝛ nenuphare. Et vtat sirupo viol'. nenuphar. succoro. ꝛ camphoꝛa. ꝛ silibus aromaticis dcis in capło supius de tremoꝛe Si aut̄ sincopis venerit propter causas frigidā: dentur aromatica cal'a. sicut ē muscus. ligni. aloes ambra. poꝛio muscata. diambra. ꝛ ita de alijs superius nominatis capitulo de tremoꝛe. Et dētur omnia actu calida. ꝛ disponatur aer per artificium q̄ sit calidus. Si autem sincopis fuerit ex repletione: ꝛ repletio fuerit circa stomacum inducatur vomitus. medicine vomitꝛe frequenter dicte sunt. Et si repletio fuerit circa intestina fiat clistere. Et si sanguis dominatur fiat floboꝛomia cum confoꝛtatione stomaci: ꝛ abintus ꝛ abeꝛtra. Et si fuerit repletio aliozū humoꝛum purgētur paulatine ꝛ minuatur abus. ꝛ fiat abstinentia sicut opoꝛtet. nec in hoc casu cogatur recipere abum. quoniā cōmuniter datur abus cum virtus deficit: ꝓpter repletionem tamē citius suffocat. Et ideo dicebat ꝶpo. Neq; quispiā medicoꝛ mihi repertus est qui vires egritudinum cognoscere valeat. Communiter enim non distinguitur vtrū virtus sit debilis propter inanitionē aut propter repletionem. ꝛ ideo fedi errores sequuntur In sincopi igitur propter repletionem inungatur abstinentia temperata iuxta conuenientiā particularium. Si aūt fuerit sincopis propter inanitionem. detur abus subtilis ꝛ facilis digestionis: frequenter ꝛ in parua quantitate.

Detur igitur brodium carnis cum

mica panis trita. ⁊ ova trita. ⁊ carnibus tritis: cū parua quātitate vini aromatici. vel fiat talis cib⁹. Assenk galline vel perdices vel caro mutonina. ⁊ lardētur cum lardo ⁊ garioffil'. ⁊ aspergak aqua ro. muscata ⁊ vino muscatello. ⁊ odorek om. ⁊ postea tereatur fort: ffime ⁊ aspgak vino aromatico. ⁊ deinde apponantur ista in panno mundo. deinde in torculari trahatur succus ⁊ caleſiat lēto igni. ⁊ hoc ē magis confortatiuū in extenuatis sine febre q̄ nūq̄ deus benedict⁹ voluit reuelare vsq; ad presentē diē. Et dentur alia nutrientia ⁊ resumptiua q̄ dicta sunt in extenuatis ⁊ ethicis ⁊ cōsumptis. Sed aromatica semp dentur in parua quantitate gradatim ⁊ per ordinem. Alie cause dicētur in locis suis. ⁊ iō recurram⁹ ad illa.

drupedū:aut fūt domestice:aut siluestres si domestice vtaſ carnib⁹ ānualis: agni: vel mūtonis iuuenis:ꝛ eduli:ꝛ vituli lactantis:ꝛ extremitatib⁹ porcor. De siluestrib⁹ nō vtaſ nisi cuniculo iuuene:ꝛ capriolo iuuene:ꝛ ceruo iuuene. Alias nō noſaras penit⁹ vitet. Itē de olib⁹ vtatur feniculo nouello.petro .mēta . saluia.serpillo.ysopo.ſafegia.ſana mūda siue gari oſilata:qđ idē eſt.borag.bletis.orco.ſpa rago iuuene.ſ.de sūmitatib⁹ eius in tpe vernali.oīa alia olera vitet. Itē vitet oīa legumia preter brodiū cicer. Item vitet oīs fructus nisi eliqī auellanas aſſas. aut duas nuces post piſces.aut medietez vnius piri cocti.aut coctani cocti cuz modico caſei butrioſi post cibuz. Itē vtatur ouis ſorbilib⁹. Itē vtaſ piſcibus ſcamoſis de aquis mundis currētibus longe a ciuitatib⁹.ꝛ si coquaſ in aqua ponatur ibi petro.feni.ꝛ ſal.aut ponantur ſupra torrefcōiū ꝛ inungaſ frequenſ cum aqua ſalſa.ꝛ oleo.ꝛ b ē dieta ī gñali.Dein de ſequitur magis particulariter.Dic domiaca vtatur galina in brodio cuz zinzi.ꝛ croco.ꝛ carnib⁹ porcinis aſſis:ꝛ ſint de latere porci cuz ſalſa viridi ſine aceto:ſed cū cinamomo.ꝛ in ſero habeat vnaz auiculaz aſſaz cuz ſalſamēto de vino ꝛ ſale. Die lune habeat olera.ſ.boragines. bletas.petro.ꝛ teranſ totuz fortiter ꝛ condiantur cuz carnibus ſalsis ꝛ mūtone recēti iuuene:ꝛ ſint de coſtis.ꝛ habeat perdicez aſſam cū ſalſa de cinamomo.ꝛ in ſero carnes porcinas aſſas cū ccpis deſuper appoſitis.Die martis hēat carnes porcinas de dorſo ꝛ ſint aliquātulū ſalſe cū porris ꝛ ſinapi.Et in ſero cuniculū iuuenem aſſum cum ſalſa de pipere.Die mercuri habeat cuniculū iuuenem in brodio cū ſpecibus ꝛ perdicē aſſaz. Die iouis habeat carnes mutoninas in genero. et pullā in pane.ꝛ de ſero auiculas aſſatas Die veneris habeat cicera cū petro.ꝛ ſalua.ꝛ piſces aſſoſ ſeu camerotaſ.ꝛ ſint ſpiſces marini cocti in vino puro.Die ſabbati ſi comedit carnes vtatur carnib⁹ vitulinis lactātib⁹ multū iuuenib⁹ ꝛ teneribus:cū bona piperata.ꝛ pullos aſſos. Et ſi nō comedet carnes fiat ſicut in die veneris.panis ſit bene fermētat⁹ ꝛ bene coct⁹. Itē vinū ſit bñ antiquū ſine aqua ꝛ in parua quātitate.Et ſit regīa generalis q̄ cotidie exerceat ſe ante cibū donec incipiat fatigari.ꝛ ñ comedat nec bibat niſi bis in die.De mane circa tertiā vel añ ꝛ de ſero ſemp in veſperis ꝛ valde parū. Uiſo de regimine p dictā:videam⁹ de regimine p medicaia. Et hz:iiij.medicamia Primo in ſiru.ſecūdo in medicina laxatiua.tertio in puluere.quarto in eluarijs. Sirup⁹ ē iſte.℞.raō.feni.petroſil.bruſc. ſpagi.graminis.apij.añ. ℥.ſ. temperentur in aceto fortiſſimo p diē ꝛ noctē. Dei de.℞.yſopi.abſinthij.calamēti.pulegij.ſ pilli.maiorane.baſiliconis.mentr.ſaluie. añ. ℥.i.coztic.citri.aniſſ. maraſ. cimini. ameos.fiſeleos.ſe.baſiliconis.ſe.maiorane.añ.ʒ.i.ꝛ.ʒ.mel.lib.i.ꝛ fiant ſiru.libz.ij. Medicina eſt iſta.℞.yerap.ʒ.vi.aloe.ʒ ij.agar:ci.turbith.eſule.añ.ʒ.i.aniſi.cinamomi.maſtic.añ.ʒ.ʒ.cōficiaſ cū ſucco abſinth.ꝛ fiant pille. Puluis ē iſte.℞. trium granū pipez.zinzib.cinamo.garioſi. galange.zedoarie.maſtic.cardamo.nucis muſ.añ.ʒ.ij.maraſ.cimini.ameos. ligni aloes.cāpho.ſilos.ſpicenar.ſpice. celtice. calami aromatici.añ.ʒ.i.mēte pulueriza te.ʒ.iii.croci.ʒ.ii.panis zuc.ʒ.ii. fiat pulvis ꝛ ponaſ i ſaculo de aluta. Et uaria ſunt multa.primū ē iſtud.℞.diamēte. diateron.pipeon.añ.lib.ʒ.miſceaſ. Itē aliud.℞.pluris cū muſco. diatos cū muſco. diambre letitie.℥.diamēte.diateron. pipereon.añ.ʒ.iiii.miſceaſ.vtaſ his mane ꝛ ſero. Itē aliud quo vtaſ poſt comeſtionem.℞.diacitonitez.diatrion. pipereon. carnū citnioz.diamēte.añ.ʒ.iiii.miſceāſ Et aduertendū q̄ oīb⁹ iſtis pōt vti in tē pore frigido ꝛ regiōe frigida.ſz in tpe ca. aut regione ca.vtaſ in parua quantitate valde aut nihil.ſed in regiōe ca.ꝛ tpe frō vtaſ iſto.℞.diamuſci.diarodon. abbaſ. dianthos.roſate.nouelle.añ.lib.ʒ.miſceantur. Et ſi caloz ſupuenerit aut ratiōe labozis:aut rōne alicuj⁹ alterj⁹ rei: tūc iſta oīa dimittaſ.ꝛ tūc ſi patiſ ſtium ī tpe cal. vtaſ iſto.℞.diadragā.ʒucc.ro.diarrodō. abbatis.añ.lib.ʒ.miſceaſ.

Clarificatio. ⁼Notanda ſunt b alia qua q̄ pōit. B. vii°. de ingenio. Primū notabile eſt illud qđ

in vnoq̃ mẽbro corporis ppria est actio in alijs nõ exĩstẽs hoc aũt est ppẽ p̃nez cũ qdlz mẽbrum ppria pplexione decore tur. ſm q̃ dicẽ. est istud in quãto tpe ca. reducit fmñ. in tãto tpe fmñ reducere p̃t ca. ſz modus nõ est eq̃lis. qmñ mẽbra vici na ledũtur a frõ pluſq̃ ledanẽa ca. econ uerſo se hz in ſicco ⁊ hũido qmñ mod⁹ re ducẽdi ẽ equalis: qz mẽbrum vicinũ nõ le dit nec a ſicco nec ab hũido de q̃ ſit curã dũ: ſz tps nõ est equale: qz citius reducit hũidũ a ſicco q̃ ſiccũ ab hũido. ſiccũ enim de difficili est reducibile. ⁊ iõ corp⁹ q̃ nõ mirũ de facili infrãt ſm Bal. ⁊ cũ ſtõus eſt ſiccus nõ ſolũ debilitat ſtõus ⁊ mem bra viana ſz ⁊ totũ corp⁹. ꝑducit igit q̃ ſiccitas ſtõi est cũ diligenna reducẽda.

Capĩm. iiij. de canino appetitu.

Q Vadruplex est in naturalis appetit⁹. quidã q̃ vocat canin⁹: ⁊ quidã q̃ vo cat bolimꝰ: ⁊ q̃dã q̃ vocat fames ſincopalis: ⁊ quidã qui vocat appetit⁹ corru ptus. de iſtis ꝑ ordinẽ ꝑſequemur. ca nin⁹ appetit⁹ ẽ intenſus ⁊ irrationabilis ⁊ inſaciabil⁹ ⁊ q̃to plus appetit tãto ma gis comedit. ⁊ dr canin⁹: qz ſic canis ſati atur nũq̃ imo reuertit ad vomitũ. ita qui hãc patit passionẽ nũq̃ põt ſatiari. ⁊ ſic diabetica paſ. est ſitis inſatiabil⁹. ita cani nus appetit⁹ ẽ fames inſatiabilis.

Cauſe. Cã huius appetit⁹ ẽ triplex. ſ. calitas reſoluens: ⁊ fritas cõprimẽs. ⁊ ſm indicẽs. ⁊ hu. acetoſus pũgens. ⁊ viſcoſitatez q̃ ipediebat remo uens. Ad primũ membrum pñt multa re duci ſicut est calitas aeris. curſus. labor. ſc. p̃cedẽs. ⁊ vigilie nimie. ⁊ calitas ſtõi. ⁊ ton⁹ corpis. Et qñ calitas est minor ĩ to to corpe q̃ in ſtõ tunc ẽ canin⁹ appetit⁹ ⁊ facilis. ⁊ qñ calitas ẽ maior in ſtõ tũc est apperit⁹ maior in potu q̃ cibo. ⁊ ita cali tas ſtõi vna cũ calitate ton⁹ corpis põt intendere appetiñ. ſz calitas ſtõi ſoli⁹ im pediat appetitũ. Rena ẽt põt incẽdere appetitũ debilitãdo ꝓtentiuaz ⁊ faciẽdo de ſtõ alleuiare ſuũ. venit etiã ꝑpter de bilitatẽ cõtentiue ⁊ fortitudinẽ expulſiue ⁊ fit etiã appetit⁹ intenſus pp vermes ⁊ ſerpẽtes q̃ ſunt in fundo ſtõi: ⁊ ꝑprie in inteſtinis demorãtes cibũ. iſta eim oia ⁊ cõſimilia pñt reduci ad inanitionẽ ⁊ reſolu tionẽ. Secũda cã est fritas cõprimẽs: ⁊ ita agit actionẽ ſilem ſuccõi: ⁊ ita inducit cõ tractum ⁊ ſm. ⁊ ita ſtõus cũ ſit in ſuo ofi ficio inanit⁹ ⁊ illud ſentiat iõ appetit ſitẽ ſi eẽt vera inanitio. ⁊ iõ qui hñt ofificiuz ſtõi fmñ hñt intenſuz appek. ⁊ q̃to ofifi cũ ſtõi est frũs tãto appetit⁹ intẽſus: niſi ad tm̃ deueniret q̃ mortificaret. qmñ omẽ mẽbr⁹ infrãtuz actionẽ hz defectã ꝺ ne ceſſitate ſic ſcribit. B. ſupra illũ amp̃z. q̃buſcũq; iuuenib⁹ ⁊c. Tertia cã põt eſſe flã. acetoſuz erñs ĩ ofificio ſtõi: qmñ moz dicat ⁊ ſuſcitat. ⁊ cõtentiuã debilitat. ⁊ di gerit hu. groſſos ⁊ viſcoſos qui impedie hãt appetitum.

Signa. Si fuerit ex calitate reſoluẽ te tũc est ſitis ⁊ vtplurimũ ẽ cõſtipat⁹. ⁊ appent alia ſigna calitatis. qmñ est audax. piloſus muſculoſus. ⁊ acci dit aliqñ q̃ hoies multũ cibũ accipiũt ⁊ paꝛ aſcellãt. ⁊ nõ erũt pingues. ⁊ b̃ arte ſtatur ſupra fortẽ calitatem reſoluentez. Et ſi fuerit ꝑpter alia reſolutia ⁊ conſu mentia ſicut est aer: labor: vigilie: ⁊ ſilia: b̃ habek indicio patiẽtis. Et ſi fuerit ꝑpẽ vmes b̃ indicãt ſigna vermiũ. Et ſi fuerit ꝑpter fritatez rñ est fluꝰ ventris puſtu ſitis: inflõnes: vẽtoſitates. Et ſi fuerit pp debilitatẽ cõtentiue tũc est fluxus vẽtris ⁊ cib⁹ erit q̃ſi indigeſt⁹. ⁊ cũ quadã ſan. p miſſionẽ. Et est itelligenduz q̃ oĩs mala pplexio ſue virtuti defectionẽ gñat ſicut ſcribit. vi. ꝺ morbo. ⁊ primo q̃libet mala rũ pplexionuz cũ excedũt pñt debilitare vtutẽ cõtentiuam: modo igit cũ calido ⁊ mõ cũ frõ. ⁊ ſm hec ſigna alia ⁊ alia. Si aũt fuerit ex hu. acetoſo tũc est puitas ſi tis ⁊ eructuatio acetoſa. Et ſi acetoſitas fuerit ex flate erit aceto ſitas ꝓaua cum hũitate mlta. Et ſi fuerit ex melia tẽ ẽ cũ põticitate ⁊ cũ quadaz ſiccitate. Et ſi fue rit ex cãis manifeſtis tũc ſcitur ex idicio.

Pronoſtica. Canin⁹ appetit⁹ ex reumate aducnit ra ro. Canin⁹ appetit⁹ ſi cõtinerek ducit in bolimũ. ⁊ bolim⁹ i famẽ ſincopalẽ. ⁊ fa mes ſincopalis in mortem. vigilare igi tur ⁊ orate.

Si canin⁹ appetit⁹ fuerit p⁹ pter calorē resoluētē denē ea q̄ sunt dure digestiōis. sic sūt fabe fracte: frumentū coctū: lētes cū aceto: pisces bestiales ⁊ cōchilia: carnes bouine semi cocte: oua indurata: panis azim⁹. porrū. cucurb. cōdite cū oleo amig. dul. ⁊ zucca. extremitates aialiū. ⁊ intestina ⁊ q̄ p̄dictantur cū aceto ⁊ zucc. ⁊ inungāt cū oleo murtino ⁊ oleo ro. ⁊ oleo d̄ sūac. vbi bulierit alume. ⁊ ē b̄ intelligendum q̄ in curatione canini appetitus debem⁹ vitare oia acetosa ⁊ oia pōtica. ⁊ oia acuta: nisi per b̄ intenderetur cura sicut sūt acetosa in causis ca. ⁊ pōtica: ⁊ stiptica. in nimio fluxu vēr: s ⁊ acuata ⁊ inclusia i hu. stātibus. Si āt fuerit p̄cepē malā cōplexionē sriam denē olea ca. ⁊ pinguedines ⁊ vnguenta ⁊ carnes anseris asse. ⁊ vinū purū ⁊ pōnēz muscatē. pliris cū musco. alipta muscata. ⁊ si est cū mā vtāē alleis ⁊ cepe. ⁊ pipere ⁊ cinamomo. ⁊ sinapi. ⁊ digerāt mā stātica cū origāo ⁊ calamēto. pulegio ⁊ serpillo. anifo. marathro. ⁊ melle. ⁊ purgetur cū ycrāp. ⁊ si ē materia melica digeratur mā cū sirū. de boz. ⁊ sirū. de bluglosa. ⁊ purgēt cū diascne. ⁊ diaboz. ⁊ lapide lazuli. ⁊ deē zucco ro. i cā ca. ⁊ mel ro. in cā frida. ⁊ si fuerit ꝓpter debilitatē cōtentiue cōsiderēt cā. ⁊ si est cā ca. fiat sic dictū est. ⁊ si ē causa frigida fiat sic dictū est. Et si ē ꝓpter reuma curēt sicut dictū est. ⁊ si venerit a splene mūdificēt. ⁊ ita d̄ aliis membris. ⁊ si fuerit pp vermes deē abstrāb. cū agarico ⁊ aloe: ⁊ alia q̄ dicent ⁊ si fuerit pp cās notas primitiuas p ōria reducāt ad tēperamētū. De bolismo.

Bolism⁹ est appetit⁹ intēsus ⁊ cū icipit desinit ⁊ accidit frequēt iterantibus p loca nimosa frā. ⁊ iō vulgares dicūt q̄ aliq̄ herbā calcauit q̄ habet aspectū ad augmentādū appetitū. rñ ista est veritas q̄ tales sunt cū inanitiōe corporis ⁊ repletione stōi nauseatiua ⁊ debilitate stōi. ⁊ iō cū stōus infrātur incipit appetere. ⁊ ēt rōne imitationis tor⁹. ⁊ cū icipit desinit. q: stōus repler⁹ē ⁊ virt⁹ debilis. ⁊ incipit q̄si mortificari. ⁊ q̄si insensibilis fieri virt⁹ appetitiua. q̄re oz vt suscitet ⁊ extrema pūgant: ⁊ quodāmodo cū puis virgis suauit flagellet, deinde odoret aromatica. Et si pticularia conueniant in fritate vtāē istis mālib⁹ siue in eā rijs vt intus sumāt siue in pomo vt odoretur: siue in emplis aut oleis aut cero vt supra stōm apponāt. ⁊ si ista amb. storax calamita. ladanū. lignū al. muse⁹. gariofilus muſ. ⁊ assēt pulla ⁊ lardēt cū gariofilo. ⁊ aspgatur aqua ro. muscata. ⁊ odoret et comedat. ⁊ vtāē vino muscatello. aut alio odorifero. Et si pticularia cōuenirēt i caliditate vtāē isto ꝑm priorē modū. s. rosis violā. siccis. nenup̄be. cortādro ꝑparato. sandal. ⁊ cāphora. ⁊ assēt pullus ⁊ lardēt ⁊ aspgatur cū aq̄ ro. ⁊ cāphora. ⁊ odoret. ⁊ comedat cū fuerit infrigidatus.

De fame sincopali.

Liquādo aliqui hūt officiū stōi ita debile ⁊ sensibile q̄ nō p̄nt recipere sumū tolerāē. Et isti in hora famis carēt cibo. De facili incurrūt sincopim. tūc igē aut isti sē actu in sincopi: aut nō. ⁊ si actu fricent extrema fortit ⁊ ligent ligatione dolorosa. ⁊ trahant ꝑ nares ⁊ digiti conduplicati fortit̄ ꝑstringant ⁊ aspgant aq̄ ro. ⁊ p⁹ casum vtāē pane intincto in vino ⁊ vtāē brodio carnū. Et si pticularia vergant ad calidatem fiat sicut dictū est in cura bolismi. Et si vergat ad frigidatem fiat sicut dictum est. ⁊c.

De corruptione appetit⁹.

Corrupt⁹ appetit⁹ appellāē app̄. enormis ⁊ inrōnabilis. s. cū aliqs appetit cōedē cretā. carbones. pisces crudos. carnes crudas. fruct⁹ nouellos ad huc pōticos. sicut manifeste videmus in mulierib⁹ ꝓgnantib⁹. hoc aūt accidit propter hūores corruptos potissime melicos exīntes i stō inficientes stōm: ⁊ ita corrūpunt appetitū: ⁊ q: adhuc sūt sub latitudine sanitatis appetūt silia. ⁊ q: talia abint⁹ sūt corrupta ⁊ infecta ⁊ enorma et irrōnabilia q̄si si eēnt inanit d̄ cibis male dijudicātes. Accit igē mulierib⁹ ꝓgnātib⁹. aut cū mēstrua sūt retenta. ⁊ in viris accit ſz nō ita frequēt. ⁊ ꝑm diuersitatez hūoz in stō ꝑm b̄ diuersa appetūtur. In prīs igē vtāē vomitu ⁊ mlt⁹ vicib⁹ ⁊ aīa cibū ⁊ p⁹. ⁊ potissime si nō fuerit mulier ꝓgnās ille. n. verēde sunt. Deide vtāē ranano tēparo ita ozill⁹ squil. deide purgēt cū. v. granib⁹ mirab. ꝑparoz sic opz. ⁊ ꝑt

vti pisciꝫ salsis ⁊ carniꝫ recentiꝫ assatis supra carbones imediate. ⁊ vtaꝫ colubi. assis ⁊ pullis assis ⁊ silibꝫ. ⁊ vtaꝫ sinapi ⁊ cinamomo cardamo. ⁊ cubebis. ⁊ vtatur isto electuario. Rx. cupulaꝫ glandiū. ligni al. ana ʒi. maraꝫ. spiccnar. mucis mus. gariof. mirre tilloꝝ. ana ʒ. i. panis zucč. q. s. fiat electuaꝫ ⁊ addaꝫ cōserue aīc. ⁊ citranguli. ana ʒ. ß. ⁊ misceantur.

Clarificatio. Intelligendū ꝙ duplex est appetitꝰ ḥs dā simplex ⁊ dā cōpositꝰ. simplex ē naturalis ⁊ semp fit a calido. ⁊ ꝓpositꝰ ꝓponitur ex ca. ⁊ frō. ⁊ est solū in stō. Est cū appetitꝰ stōi ꝓpositꝰ ex virtute aiali ⁊ naturali. Nāli⁹ fit a ca. ly aialis fit a frō. fri gidū. n. cōprimit. ⁊ ita agit actionē sicc̄m succōi. ⁊ ita inducēdo vacuū inducit ꝓtractū ⁊ ita sp̄m. ⁊ ita pacidēs imuat appetitū. ⁊ calidū p se. ⁊ ita hoies qui hñt stōm frīm sunt intēsi appetitꝰ. ⁊ hoies qui hñt stōm ca. male appetunt. licet caloꝝ faciat appetitū naturalē p acidēs. nō diminuit in stō attrahēdo vapoꝝ repletū stōm fantastice. ⁊ ita ipediūt cōtractū. ⁊ ita sp̄m. nō est igit̄ inconuenies si calitas stōi ipediat appetitū ⁊ fritas augmēter: vtrūq; n. est ꝙ acidēs. Secūdo intelligendū ꝙ licet appetitꝰ abi fiat p frīm. nō appetitꝰ coitꝰ nō fit n. si p calidū. qm̄ appetitꝰ ē simplex ⁊ aliqn̄ est cōpositꝰ. Tertio intelligendū ꝙ vinū cōpetit in curatione canini appetitus: qz calefacit ⁊ digerit cū est ibi mala ꝓpexio frā. aut mā frā. ⁊ ly vinū sit appetitus potꝰ ⁊ nō cibꝰ nihilominꝰ vinū nō est potꝰ nisi sicut aqua. imo cibus potꝰ ⁊ mera. ⁊ cū hoc nō dico ꝙ appetat sed detur sicut mera: cū sit ca. ⁊ ē ca. frā. ⁊ incurrat rōne ꝓximitatis. nec facit penetrare. qz vnctuosa ipedimt q̄ ꝓcesserit. pōt igitur vinū ꝓpetere in curatione canini appetitus. ℳQuarto intelligendū qm̄ ly vomitꝰ inaniat. tū qz in suo casu aufert cām mordi. iō pōt ꝓpetere. sicut in canino appetitu pp frōs hu. in stō crūtes. ℳQuinto notandū qm̄ ly grossa cibaria plus nutriāt ⁊ citiꝰ sedāt appetitū. nihilominus plus cōpetunt subtilia i bolismo: qz virtꝰ ē debilis. ⁊ iō citiꝰ cōfortat ⁊ citius trāsit ad mēbra. Secto notandū qm̄ ly in canino appetitu ꝓpter cām frām non cōpetunt stiptica. nihilominus bñ cōpetunt in bolismo. ⁊ rōne debilitās virtutis. ⁊ etiā vt cōfortetur appetitꝰ. qz in bolismo cū incipit desinit. ⁊ iō dr bolismꝰ: qz ex bolo faciatur. ⁊ hoc est qz appetitꝰ statiz ꝓpternatur: ⁊ deficit. quare statim incurrēdum ne cadat in syncopim. Septimo aduertēdum ꝙ mulieres de nouo ip̄regnate aut si mera retineātur appetūt enormia. sic̄ sē ūtestina, carbōes ⁊ cretā ⁊ silicē. Et rō hꝰ est duplex. vna est silitudo vt dictū ē. aduc. n. hūoꝝ est sub latitudine sanitatis. ⁊ qz hūoꝝ melicus est terpentus grossus iō appetūt cretā ⁊ carbōes tanq̄ silicia. aut forte possum⁹ dicere ꝙ hu. melicus ly p cōparationē ad alios hu. dicaī frūs ⁊ sic eius tñ in se inq̄tuz est in corpe viuēte est calidus ⁊ hūidus. ⁊ iō appetit frā ⁊ siccā tāq̄ ꝑria. Capitulum. v. de siti.

Itis est appetitus

frī ⁊ humidi in rōne potꝰ. sic̄ fames est ca. ⁊ sic. in rōne cibi potus aut est necessarius vt cibuz faciat penetrare ad mēbra. Nūc aut̄ sitis aliqn̄ auferꝝ: aliquādo nimis intēditur. ⁊ si auferatur hoc est ꝓpt malā ꝓplexionē stōi frām aut hu. aut vtrāq;. aut ꝓpter passiones. sicut est inania ⁊ melia. aut ꝓpt obstructionē sensus. Si aūt sitis fuerit nimis intensa aut est ab exterioribꝰ: aut ab interioribus. si ab exterioribus bñ est propter calidū solis aut aeris. aut ꝓpter cursum ⁊ laborē ⁊ vigiliā ⁊ clamorē. ⁊ vociferationē ⁊ ꝓpter cibaria ca. sicut sunt cepe. allea: cuforbiū aia fetida: vinum putre forte antiquū: aqua salsa: pisces salsi: pisces recētes cū in stō corrūpunt. morsus reptilium. venenū sumptū: coitꝰ supfluꝰ. ⁊ silicia. corp̄ exterminātia. Et si ab intꝰ. bñ est ꝓpter stōm aut ꝓpt alia mēbra. Et si fuerit ꝓpter alia mēbra tūc aut prouenit a cerebro sicut in frenesi. ⁊ in catarro de flate salso. Si propt̄ spiritualia sicut propter apostemata pulmonis aut panniculorū. aut propt̄ se. putridaz. aut ethicā vsus finem. aut ptisiz ⁊ siliꝰ. ⁊ prouenit ex propter opilationes venaz mesaraī ⁊ epis vt in ydropisi. ⁊ prouenit ꝓpt calefactios

nem cſis. ⁊ ꝑpr̃ apoſtema ⁊ ꝑpter fluxū ⁊ ꝑpter nimiā calitatem. vt in diabetica paſſione. Si ꝑpr̃ ſtōm b̄ eſt ꝑpr̃ cōplexi onē ca. aut ſic. aut vtraq;. aut ꝓpr̃ co. q̄ abundat in ſtō. aut ꝓpter flā ſalſuz aut ꝑp flā dulce. aut ꝑp crapulā. aut melā. ſumptā ⁊ ſilib⁹.

Signa. Signa cāz extrinſecaz hñt ex indicio. ſigna q̄ ſunt ꝓpter alia mēbra a ſtō habenr̃ p indicia illarū paſſionū. Sz ſigna q̄ ſunt a ſtō ſunt ſatis clara. qm̄ amaritudo ſignificat co. ⁊ dulcedo flā dulce. ⁊ ſalſedo flā ſalſuz: ⁊ alia ſatis habenr̃ ex indicijs.

Pronoſtica. Si in ſe. aduenias ſi tis fortis cū aridita te corpis valde malū. ſi febricitās multū ſiterit: ⁊ ſubito ceſſit ſitis ⁊ febris remāet ⁊ lingua eſt arida nigra morē ꝓcauldubio ſignificat: q: vi rtus ſenſitiua eſt mortificata.

Eura. Intelligendū q̄ multiplex ē ſi tis cui credendā nō eſt. ⁊ ideo por⁹ nō eſt dādus. vt ꝑ di gratia q̄ de mane ſitit in ieiunio nō eſt por⁹ tribuendus Et ſi cogerer̃ deꝯ ſibi acetuz cū oleo. ſi de ſero eſt vtile intrare lectū. ſi ſicierit nō eſt por⁹ tribuēdus. qm̄ ſi dormierit ſedabit̃. Si fuerit ſitis ꝓpr̃ crapulaz ꝓuocet̃ vomit⁹ ⁊ inducat̃ somn⁹. Si fuerit ꝓpr̃ repletionez ꝑdi ⁊ por⁹ inducat̃ ſomnus. Si fuerit ꝓpr̃ mām laxatiuā in principio non deꝯ: q: ſitis ē mendoſa. In oīb⁹ iſtis nō deberet cōcedi por⁹. Si tñ aliq̄ ſunt ipatientes ⁊ multū ſenſibiles ⁊ in talib⁹ oz cōcedere: q̄re oz q̄ tales accipiāt ſorbēdo. diu in oze tenēdo paulatine trāſglutiēdo. ⁊ teneāt in oze pill̄as ſubſcriptas Aliq̄n aūt venit ſitis ꝓpr̃ malam ꝓſuetudinē bibēdi. ⁊ tūc nō ē ꝑfectū niſi q̄ paulatine mutet̃ ad oppoſitū ⁊ q̄ ꝑ acadēnia aīe terrerenr̃. Intelligendū ⁊ b̄ q̄ in ſiti q̄ ꝓuenit ꝓpr̃ cām ca. ⁊ potiſſime hu moralē. ſicut eſt co. nō ꝑpetit ſomn⁹ qm̄ caleſiūt it eriora ⁊ augmētat̃ ſitis. In mala igit̃ ꝓplcione ſiue mera ſiue opilatōe deꝯ aqua frā in bona quātitate ⁊ ſedabit̃ Sz ſi cēt co. nullo modo deꝯ aqua ꝑ ſe niſi eſſz cum vino maloz gra. aut ſiru. iulep aut cū aceto. aut cū mica panis. aut cū ſiruꝑ. viol. Deꝯ igr̃ ſibi oꝛizac̃. cū ſiru. vio, ⁊ purgeꝯ cū caſſiaſ. ⁊ mirab. cit̃. Et ſi eſſet flā ſalſuz deꝯ ſibi oꝛillis diur̃. ⁊ ponit̃ cū mirab. cit̃. cheb. vel qūocūq; potare voluerit. deꝯ ſibi ptiſana ordei valde calida q̄ tū potare voluerit. ⁊ ſit ita ca. ſicut poterit ſuſtinere. ⁊ hoc eſt experimū qm̄ rōne actualis calitatis digerit̃ mā flātica ⁊ frequēter ſequit̃ vomit⁹. ⁊ ꝑt fieri in ſiti ea q̄ dcā ſunt ſupr̃ i libro ꝓio: pill'e q̄ valēt ad ſitiz ſi teneāt̃ in oze. ℞. üij. ſe. frōz. mūd. ſe. emō. ſe. ſcar. ſe. lacti. ſe. portul. ſe. papp̄. al. añ. ʒ. i. ⁊ ꝓficiāt̃ cū mucillagie ꝑſilij ⁊ dragagāti. ⁊ fiant pill'e. Aer frūs multū valet ⁊ potiſſime ſi venerit ꝑp pectus. ſi aūt venerit ꝓpr̃ cās extrinſecaſ reducanr̃ p cōtrarium. ⁊ ſi fuerit propter paſ. mēbrorum interioꝛ curētur illa ꝑi⁹ ⁊ ita ſedabit̃ ſitiz interim cū blādientib⁹ trāſeamus. Intelligendū q̄ in ſiti mēdoſa q̄ ꝓuenit ꝓpter hūores frōs multū valet ſomn⁹. Et ſi ſitis auferaſ ꝓpr̃ hu. frī. purgeꝯ. Et ſi ꝓpter morbos auferenr̃. ⁊ ſi ꝓpr̃ ablatione ſenſus detur vinum purū aut nectar. ⁊ denr̃ aſſa. ⁊ frixa. ⁊ ſalſa ⁊ acuta.

Clarificatio. Intelligendū q̄ ablatio ſenſus i ſtō ꝑt eſſe ſignū mortale ⁊ cū abl'o ſenſus in pedibus ⁊ multis aliis ꝑtib⁹ nō eſſz ꝓtās to q: acco ſtō eſt neceſſaria toti corpi: ſed in multis aliis ꝑtib⁹ nō ſic. abl'o igit̃ ſitis ꝓpr̃ mortificatiōnē virtutis ſenſitiue i ſtō eſt ſignū mortale in ſe. Sc̄o intelligēdū q̄ aqua ffa vrplurimū p ſe ſumpta nō ſedat ſitim. qm̄ de facili inflātur ⁊ conuertit̃ ⁊ opilat ⁊ nō penetrat. quare opz aliud admiſcere ſicut eſt acetū aut vinum albū in parua quātitate. Et ſi ſitis ē ꝓpter ſtomacū q̄ dentur tria ſandali. zucca. ro. ⁊ ſimilia. Tert̄o notandū q̄ cauſa appetit⁹ ſitis eſt ca. ⁊ ſic et ſuū obiectū eſt frīdum ⁊ humiduz. ⁊ tamē vinū appetitur cuz ſit calidū ⁊ appetitur vt potus ⁊ ſedans ſitiz. Dico q̄ vinū poteſt ſedare ſitim multis modis ⁊ ratione actualis frigiditatis ⁊ humiditatis ⁊ liquiditatis. et q: eſt penetratiuū. ⁊ ꝙa cōiter permiſcetur cū aqua ⁊ ratione delectationis. ⁊ cō fortat digeſtiuam ⁊ reſtaurat. ⁊ nutrit. bene igitur appetitur vinum ⁊ ratione potus cū multas habeat vias ſedandi ſiti.

Capitulum.vi.de eructuatione.

Ructuatio est ven

e tositas fumosa ex indigestio-
ne stōi ꝓcurata ad superiora
ꝓiecta virtute expulsiua stōi confortata.
Intelligendū est circa istā mām q̄ vēto-
sitas generat a calore debili resoluente
mām in vaporē nō potentē tn̄ cōsumere
Nūc aūt iste vapor vētosus sic generat⁹
aut expellit⁹ p supiora: aut p iferiora: aut
remanet in medio. Si p supiora cāt eru-
ctuationez. Si p inferiora ⁊ cum sonitu
cāt peditū. si sine sonitu cāt strullā. Si āt
remanēt i medio ⁊ vētositas fuerit ūcta
cū hūiditate cāt rugitū. si nō cābit torsio-
nes ⁊ sīkia scōm q̄ ventositas vadit p lo
ca ampla vel stricta ⁊ ꝑm q̄ est grossa vel
subtilis ꝑm b diuersas facit melodias et
ꝓportiones aromaticas sicut dicit prin-
ceps medicoꝝ. Bal. vi. de morbo.

Cause. Eructatio aut ꝓcedit ab ex-
teriorib⁹. aut ab interiorib⁹
Si ab exteriorib⁹ b est aut ꝓpter nimiū
calorē. aut frigus. aut ꝓpter inordinatio
nē cibi ⁊ pot⁹ q̄titatē. aut ꝓpter calitatē
sicut sunt legumina fabe ⁊ sīkia. aut sicut
radices. sīc rafan⁹. rape. pastinaca. ⁊ sīkia.
aut sicut sunt dulcia grossa sicut est vinuz
nouuz dulce ⁊ sīkia. aut qz somn⁹ nō fuit
cōplet⁹. ⁊ breuiter ꝓp oīa illa q̄ digestio-
nem impediūt. Si ab interiorib⁹ b ē duo-
bus modis. aut ꝓp stōm aut ꝓpter alia
membra. Si ꝓpter alia membra sicut sī egri
tudines cētis. aut venaz mesaicaz: ⁊ ita d
alijs q̄ virtutē digām impediunt. Si ꝓp
stōm. aut b ē ꝓpter malā ꝓplexionē stōi.
aut ꝓpter malos hu. in stō exītes. Si ꝓ
pter malā ꝓplexionē. aut qz nimis cal'a.
aut qz nimis frida. Si ꝓpter hu. aut qz
colici. aut flatici. aut qz melēcolici. ⁊ ita
breuit de alijs oīb⁹ q̄ virtutē stōi digām
corrūpere ꝑnt. ⁊ ꝑz diuers' tatē cāz diuer
se spēs corruptionū generant. ⁊ ita est q̄
dam spēs eructuationū fetida. ⁊ quedaz
fumosa: ⁊ quedaz abhoīabilis. sīc ē odor
pisciū corruptoꝝ. aut ouoꝝ frixorum. aut
carniū rācidarum: ⁊ ita de alijs saporib⁹
inominatis. aut sicut sūt saporesfrequē
quentius notati sicut est sapor accrosus
aut fumosus. Spēs igit eructuationis
sunt multe valde ꝑm diuersitatem corru-
ptionis ⁊ qz corruptio primū digestiōis
raro aut nūq̄ pōt rectificari p digestiōes
subsequentes: ideo cum maiori cautela
transeundum.

Signa. Si aūt eructuatio ⁊ fumosa
expulsio aut indigō ꝓueneri
rit ꝓpter causas extrinsecas satis pōt
sciri per indicia si medicus vult esse dili-
gens iuxta illud damasceni. Nec sup oīa
pudeat te patientē interrogare. Si āt ve
nerit ꝓpt⁹ cās intrinsecas ⁊ fuerit passi
ones alioꝝ membroꝝ satis manifestatur
ex illis. ⁊ si venerit ꝓpt⁹ stōm tūc aut ē
ꝓpt⁹ cām ca. ⁊ sētit cal'. in ore ⁊ siccitas
⁊ ariditas. ⁊ si fuerit co. sentitur amaritu
do cū quadā angustia ⁊ inquietudine. pt
sciri p vīā experimenti per hūc modū. ser
uetur patiens intēperata dieta: ⁊ quo ad
quātitatē: ⁊ quo ad q̄litatem. ⁊ postea de
tur panis ordei cuz aqua. ⁊ nihil ampli⁹
comedat in illa mēsa. ⁊ q̄ de istis accipiat
intēperata quātitate. tūc si sentiat eructu
ationes ꝓcauldubio causa est ca. q̄ puer
tit materiā in vaporē. Si aūt sentiat eru
ctuationē acerosam cū hūiditate ⁊ saliua
multa tūc ē ex flate. Et si cū siccitate ⁊ sti
pticitate tūc est ex melia. Et per vīā expe
rimenti possum⁹ scire p hūc modū. dent
cibaria ca. cū temperamēto sicut est mēra
⁊ origanū. ⁊ anisuz. ⁊ cū hoc regimē tēpe
ratū precessit aliquibus dieb⁹. tūc si senti
at eructuationes ꝓcauldubio ertriscis
ex causis ⁊ ex mala ꝓplexionc frā proce-
dit. Si aūt apparet sapor fetidus ex pu-
trefactione hūoꝝ prouenit: sed fetid⁹ acu
tus fumosus pungitiuus atestatur su per
hu. calidos. sed rācidus ⁊ abhoīabilis ⁊
ignoīosus supra melicos. ſz acutus ⁊ pi-
sces corrupti. ⁊ ouа corrupta supra flati
cos. ⁊ in istis saporib⁹ extrancis ⁊ igno-
minatis oꝝ habet magnā ꝓiecturā iuxta
naturā particularū q̄ pcurrūt ⁊ q̄ pcesse-
rūt. ḡre oꝝ ee medicū vigilātē. Dia. n. cer
tis lris deno tari ñ pñt ꝑm Bal. i de ige
nio. Signa igitur ꝓticularia iduſtrie me
d ici relinquatur.

Prognostica. Eructuatio vna vel
oue cū albeneratiōe

bonū est signū: ⁊ q̄ natura ē fortis in ex-
pliēdo. ⁊ est quedā crisis pticularis. ⁊ iō
vētositates siue sint nakales siue sint hoz
tice in illa via nullo modo sunt retinēde.
nec rōne loci. nec rōne pſone. imo postq̄
gñate sunt medicas tenēt illas expellere
cū temperamēto vel superi⁹ vel inferius
Et iō vbi oz eructuationes tēperate siūt
pouocāde. Si āt eructuationes fuerint
multe ⁊ frequētes nō pñt esse bone imo
sunt sitōitice ⁊ iste sunt male in rationes
gni. q̄ corruptionē digōnis signāt ⁊ ma
le sunt in ratione cause q̄ digōnem itez
corrūpunt cū cōmoueant digestiuā cum
ipa vigeat per quietē. eructuatio igit̄ fre-
quens ⁊ nimia mala.

Cura. Si fuerit propē dieta⁊ rectifi-
cēt. Si pp paſ. altoz mbroz
curent. Si propē stōm vigilandum. Si
igit̄ fuerit mala cōplexio stōi ca. alterēt
siru. viol'. ⁊ nenup be. ⁊ ex his fiat empl⁊
supra stōm. sicut sunt rose: sandali: ⁊ sil'ia.
Et si esset co. purgēt cū mirab. ak. ⁊ cassi
ak. ⁊ alia frigida sicut oz in. vi. reb⁹ nō na
turalib⁹ applicenk. Si aūt cā fuerit frigi
da dēt castoreū cum aceto squillis. ⁊ ad-
ministretur ruta ⁊ origanū et calamitū ⁊
anisuz ⁊ maratz. ⁊ spicanar. ⁊ cost⁹ ⁊ ame
os. ⁊ f. scleos: ⁊ ex istis fiat siru. aut cōdi-
tum: aut el'm: aut oleū: aut vnguētuz: aut
empl'm: aut cerotū: aut lana. ⁊ sil'ia: ⁊ ap-
plicenk vel ab extra: vel ab int⁹. Et denk
ista el'ia diafon pipeon dianisuz diacimi
nū diagalāga diazinziber ⁊ sil'ia. Et si cā
est materialis purgēt p̄m exigētiā hūoz.
⁊ si fuerit flā cum mirab. lxb. ⁊ aloe para
tis sicut oz. Et si ex melia purgēt cuz mi
raboláis indi. ⁊ lapide lazuli paratis sic
oz. Ē deinde fiāt stuphe ⁊ balnea. ⁊ exhi
beāt tyriaca. ⁊ iūgāt dieta sicut oz i. vi.
reb⁹ nō naturalib⁹. fiat igit̄ exercitiū āte
cibū fortē: ⁊ sic de alijs: ⁊ breuiter loquē
do magna ps curationis est bonitas die
te ⁊ regimnis.

Clarificatio. Intelligendū q̄ cu-
ratio p̄m aliquē mo
dum p̄sideradi pōt cē virt⁹ nālis. Si. n.
fit modica vel cū alleuiatiōe tūc est bonū
prāto q̄ aliquādo modic⁹ vēr⁹ ḡuatur ⁊
virt⁹ expulsiua est fortis ⁊ expellit illā vē
tositatē cū vna eructuatiōe vel cū duab⁹
vel cū pauloplus: ⁊ tē pōt eē p̄m materiā
q̄cūq⁹ fuerit cā. Aliq̄n tñ ē multa frequēt
⁊ tūc nō est solū malū in rōne signi: imo
etiā in rōne cāe: q̄m rōne n'mū mor⁹ cor-
rūpit digestiuā: ⁊ ita possum⁹ intelligere
de sternutatiōe ⁊ singultu ⁊ tussi ⁊ sil'ib⁹.
q̄m pñt eē mor⁹ naturales opando ad fi
nē ⁊ q̄ ad virtutē fortē: q̄n āt excedūt ⁊ le
dūt tūc sunt accidētia sequētia morbos ⁊
p̄z hūc modū loquit̄. B. in istis. v. ō mor
bo. Scdo debem⁹ intelligere q̄ eructua
tio quo ad apparentiā paſ. ē ptis supio-
ris stōi q̄ ibidē magis māifestat̄. ſz quo
ad existentiā magis ē ptis inferioris cuz
ibidē sit vapor q̄ expellit̄. Et ſz sternuta
tio sit paſ. partis anterioris: q̄ ibi est mā
nō tñ sic in stō cū in pte supiori mā ñ pos
sit ptineri cū sit⁹ sit aliter ⁊ aliter. Tertio
intelligendū q̄ eructuatio acetosa pōt fie
ri ⁊ a calido ⁊ a frō. a calido sit tanq̄ a cā
remota cū calid. infrigidet exalādo ⁊ frīs
facit hoc tanq̄ cā ,prima. Et ita videm⁹
q̄ calidū ab extra inducit acetositatē q̄
ebulliēdo ptes cal'e exalant. fit ēt ⁊ a stō
sicut p̄z in fructib⁹ qui a principio siūt ace
tosi. et iuxta b aduertēdū q̄m calor fortis
⁊ intēsus. licet deberet dissoluere resolue
re ⁊ ꝓsumere. nihilomin⁹ ḡra m'. facit ali
quādo eructuationes fumosas cū. ſ. ma
teria est dispositas: sicut siūt legūina ⁊ sil'ia
Et manifeste apparet in exterioib⁹ q̄m
licet ignis sit magn⁹ ⁊ fortis tñ q̄n ligna
virida apponūtur reſoluitur fum⁹ trūbo-
sus caliginosus. ⁊ ita ē in corpe. quaſ ⁊c.
Quarto notādū q̄ melia facē eructuatio-
nē acetosaz fetidā cū sit hu. corrupt⁹ frūs
Idē facit rafan⁹ cū sumit̄ in magna quā-
titate: q̄ rōne in digestionis puertit̄ i frī
giditatē: ⁊ q̄n corrūpit̄ i fetorē puertitur:
sed flā acetositatē facit ⁊ nō ita fetorē: q̄
nō est humor ita corrupt⁹ sicut melia: et
cū hoc ē grossus ⁊ viscosus. Vltimo no⁹
tandū q̄ in eructuatione quātū ē ex p nō
ppetit flōia. ſz cū corp⁹ ē plectoricū pōt
ppetere rōe hūoz existētiū in venis.

Capitulū. vij. de singultu.

Singultus est quasi
ſ spasim⁹ stōi repletiōnis inanitiōis
aut hūoꝛe aliquo vicioso p⁹

ter expulsionē nociuoꝝ. Intelligendum
q singult⁹ exq̃site loquēdo nō est spasm⁹
sz dr spasm⁹,ppter ꝓximitatē quā hz cū
spasmo.vnde sicut spasm⁹ fit ex inanitio
ne ⁊ repletione ita ⁊ singult⁹.sz differunt
qm̃ spasm⁹ est mor⁹ p̄ter naturā.⁊ tm̃ hoc
cū retrahitur nō reuertit nec extēdit se:sz
singultꝰ pōt esse mor⁹ ꝑm naturā ⁊ cū b̄
sz retractio fiat postea tm̃ fit extēsio vt no
ciua expellant q̃tū in ipo est.modus aūt
faciēdi est iste:cū aliq̃ res nociua ipi stō ⁊
potissime cū inuisceat in villis ⁊ soā stōi tē
virtus aīalis sensibilis sentit illud.⁊ tunc
suscitat virtutē naturalē expulsiuā:⁊ tunc
cū magno ipetu nitūtur nociuū expellere
Et tm̃ talis mor⁹ stōi ipetuosus ⁊ fortis
appellat singult⁹:⁊ p talē modum fit ster
nutatio ⁊ tussis sicut scribit.v.de morbo
Causat igit singult⁹ ex repletiōe ⁊ inani
tione:⁊ ex apostēate:⁊ ex vlcere: ⁊ ex mul
tis consimilibus.

Cause. Cause eiz aut sunt extrinsece aut intrinsece. Si extrinsece tūc sunt sicut fritas aeris.⁊ b̄ pz qm̃ cuz pueroꝝ stomac⁹ infrigidat de facili icur rit singultū.fit etiā ex nimia repletione cibi ⁊ por⁹ ⁊ eoꝝ corruptione in stō.⁊ fit et cū sumunt acuta sicut pip ⁊ post sumit vinū:qz vinuz facit vt piper inuiscet. Si aūt fuerit ꝓpt cās intrinsecas tūc aut b̄ ē ppter stōm:aut pp alia m̄bra sicut ē apo stema capitis: aut casus : aut ꝑcussio aut fractura cranei:aut aduenit,ppter aposte ma epatis:aut,ppt hūores acutos mor dicatiuos p̄gitiuos:aut acetosos dele gatos:a toto corpe ad stōm. Si aut̄ fue rit propter stomacū hoc est aut ppter hu mores frigidos inuiscatos : aut propter ea.⁊ pungitiuos:aut ,ppt apostema: aut vlcus:aut propter nimiā siti:z:aut propt nimiā inanitionem:⁊ ita de aliis.

Signa. Si autez venerit propt cās extrinsecas hoc manifestat ex indicio:⁊ si venerit propt pas,aliorz mēbrorz aut totiꝰ corporis sic⁹ patet ex indicio. Et si fuerit ex inanitione significatur q̃ fe.precesserūt ⁊ labores:abstinē tia ⁊ similia extenuantia corpus. Et si fue rit ex repletiōe signātur ex otio ⁊ quiete. ⁊ qz repleuit se. ⁊ qz ē cū grauitate ⁊ pūctu ra. Et si humores sunt frigidi signātur q̃ iuuatur ex ea.⁊ quia sentitur frās in stō. ⁊ si est ex caliditate signātur ex calore et punctura ⁊ mordicatione. Et si ex sensu signātur q̃ a qualibet facili causa patit singultum. Et si est ex apostemate tunc ē feb. dolor ⁊ nausea : ⁊ non alleuiatur ex vomitu cuz sicut non alleuiatur ex vomi tu est ex inanitione. Ulterius autem dis cernitur q̃ cu msumātur acuta ⁊ pungiti ua tunc sentitur dolor et aggrauatio in stomaco.⁊ si fuerit ,ppter paroxismum se. tunc discernitur ex istis:⁊ ita de aliis.

Pronostica. Si in crisi bonis sig nis apparentibus fiat singultus bonum quia crisis per vo mitum significatur. Si autem mala si gna appareant malum:quia spasmus si gnificatur. Singultus post quācūcz cua cuationem veniens superfluam malum. siue fuerit naturalis: siue artificialis sicut est fluxus sanguinis:aut sudor:aut vomi tus:aut fluxus ventris:⁊ ita de aliis. Si post nominum singultus non sedet nec minuatur:sed potius aggrauetur maluz in plaga ⁊ percussione singultus malum

Si post singultum veniat apostema in latere dextro aut super humerum mors festina significatur. Si post singultū ve niat spasmus aut alienatio pessimuz. Si femori purgato superuenit singultus ma lum. post vomitum singultus superueni ens malum.

Cura. Curatio generalis hec est: sz q̃ omnes cause tā exteriores q̃ interiores reducantur ad temperamē tum per suum contrarium.verbi gratia si fuerit ex frigiditate applicentur calida stomaco.sicut est absinthium.menta. co stus.signum al'.⁊ rectificetur aer:⁊ similia Et si fuerit repletio inducat inanitio tem perata. Et si fuerit fe.curetur sic oportet. Idē de apostematibus ⁊ solutione cōti nuitatis ⁊ casibus. ⁊ percussionibus.si cut dicetur in locis suis. Nunc autem intelligendum est q̃ cutationes genera les singultus sunt iste potissime quando cā est repletionalis frigida. dicunt tm̃ nō fit,ppter apostema aut,ppter inanitionē

In primis debēt fieri fricationes fortes extremitatū. Secūdo inducatur accidentia aīe ⁊ nō ex prouiso sicut sunt ira magna: aut timor aut gaudiū. Tertio ponātur vētose supra stomacū ⁊ supra spatulas sine scarificatiōe. Quarto apponātur supra stōm medicamina rubificātia. Quinto inducatur somn⁹. Sexto fiat eternutatio. Septimo inducat vomit⁹. Et si vomitus oīa ista prēderet esset bonū in causa mali. Octauo q̄ retineat anhelit⁹ multotiens quātum erit possibile. qm̄ multū valet. Visis curationib⁹ gñalibus ad pticularia veniam⁹. ⁊ primo videam⁹ de cā frigida. q: frequēti⁹ aduenit: supponim⁹ enim q̄ sit mala cōplexio frigida sine mā q̄ saltz cū alterantib⁹ curaī. ⁊ ita de alijs ⁊ si sit cuz materia iducaī vomit⁹. deinde digeraī materia cū oxilī diuī. vbi bullierit absinthiū. ⁊ purgeī cuz yerap̄. deinde detur tyriaca. metridatū. ⁊ philonū. ⁊ cū hoc ista bulliāt in oleo ⁊ cera ⁊ malageī in oleo: ⁊ supra stōm applicēī. Et si fuerit ex vētositate tūc vz ruta. calamētū ozi ganū. anisuz. maratrū. castoreū. vinū purū. stupha. ⁊ balneū. ⁊ vz dianisari. diacaminū. diantos. diagalanga. Ista ēim oia nō solū vz i materia vētosa fumosa. Sz etiā in mala pplexione sine materia ⁊ cū materia. lz dicen⁹ valeāt i materia vētosa ⁊ fumosa. Et est intelligendū q̄ in singultu debēt appōi aliq̄ stupefaciētia cū aromaticis ⁊ pfortatiuis. ⁊ materiā purgātia p modos diuersos ⁊ loca diuersa. modo p̄ secessuz. modo p vias vrinales. ⁊ ita de alijs: ⁊ p̄otāto dz apponi opiuz ⁊ silia. vt stupefaciāt ⁊ nimiū sensuz auferant ⁊ aloe. vt trahat ad intestina ⁊ spica nardi vt atrahat ad vias vrinales ⁊ epar pfortet. ⁊ anisuz. ⁊ silia. vt vētositatē cōsumant. ⁊ lignū al'. vt cōfortet cor. vna cum croco: ⁊ mēta: ⁊ absinthiuz: vt stōus pfortetur. ⁊ ita ō alijs mlt̄is. Sapiēs igr̄ fuit q̄ prim⁹ istud medicamē inuenit i singultu p̄o tāto q: in quolibet morbo p̄ quod dā sitis sitia possent applicari. Receptio igr̄ nobilis ⁊ cā notabil' p̄tra singultuz ō est. R. spicanar. squinātī: calami aromatici: anisi: marat'. folioz mēte. foliox absinthij. costi. añ. ʒ.i. cē. ligni al. ambre garioffilo. alo. sucorrini. añ. ℥.ij. opij. croci ō. p̄e parati. sc. papaueris al. cassie lignee. añ. ℥.i. cōserue citrāgulox. ʒ.ij. panis zucca. q.s. ⁊ fiat el'ariū quo vtaī sero ⁊ mane. ⁊ seruet cū amore q: reuelatū ē. Si aūt cā fuerit calida. tūc. R. firu. ro. oxiz. sirup. acetosi. añ. lib. ℥. folioz absinthij. ʒ.ℨ. misceantur ⁊ bulliāt sil': ⁊ cū isto materia digeraī. Deinde purgeī sic. R. yerap̄. ʒ.ij. tertufere sarraceni. reubar. ʒ.vi. misceanē ⁊ purgenī cū nūrab. cit. ⁊ māna. ⁊ cassiaī. paratis sicut oz. ⁊ vtaī malī. gran. ⁊ ordeato ⁊ aqua ordei. ⁊ portul'. ⁊ cucurbitis. ⁊ melonib⁹. ⁊ silib⁹. Et si fuerit ex inanitōe vtaī lacte ⁊ balneo aq̄ dul. ⁊ vtaī nutritiuis ⁊ resumptiuis ⁊ humectātib⁹ sicut dictū est supius. capō de mala pplexione stōi sicca. ⁊ supi⁹ capō de ethica. ⁊ supius capō de ptisi. recurram⁹ ad illa.

Clarificatio. Intelligendū q̄ licz in singultu intendat natura nociuū expellere. ⁊ in singultu de inanitiōe nō sit materia q̄ expellatur. nihilomin⁹ mot⁹ nō est frustra: q: virt⁹ naturalis nititī expellere malā pplexionē sic cā ex qua ledebaī. ⁊ ita est in tussi ⁊ similibus. ⁊ si fuerit ex inanitione qm̄ ibi nō ē virtus p̄cognita sed nocuiit sensitiua. ⁊ q: mala cōplexio ledit ideo est talis motus vñ spasmo de inanitione nō fit iterū extensio: q: motus est totaliter p̄ter naturam. In singultu aūt nō sic. ⁊ p̄otāto villi ℥ trahanī postea extēdūtur ⁊ ad suam materiā reuertunī. ⁊ talis siccitas pōt eē ethica stōi. ⁊ pparat ⁊ disponit ad ethicā tot⁹. Secūdo intelligendū ē de singultu sicut dictum est de eructuatione. quoniā si sit naturalis proportiona: dispositōi naturali. ⁊ si sit dispēperatus proportionatur morbo. Et ideo intelligendū sicut determinatur in dubitatiōe ⁊ sicut dictū est in sententia q̄ m̄ veritatez singultus non est spasmus. licet habeat magnā cōuenientiam cuz spasmo. quoniā vtrunq̄ cātur ex repletione ⁊ inanitione vt dictū est. licet diuersimode: quia spasmus in lacerto. ⁊ singultus in neruo siue in parte neruosa seu villosa. Et ideo iuxta hoc notandum q̄ motus singultus non est motus simplex sed compositus ex animali et naturali sicut tussis et eternutatio. et non videtur esse motus compositus ex

pulsiua ⁊ cõtentiua. quoniam cõtentiua nocauz retinere nõ dubitat. Et tũ iuxta hoc notã dũ q̃ iste mor⁹ põt eẽ in villis stomaci ꝓpter malã ibi mãm inuiscatam quã uã nituntur expellere. Et iuxta ꝟ aduertendum q̃ pueri cuz sient patiunt sin gultũ: qm̃ mã mala tẽ liunt ad stomacum.

Capl'z. viij. de fastidio ⁊ regimie sanitat⁹

Astidium est abho

f minatio cibi ⁊ pot⁹: q̃si cũ q̃dã nausea: ⁊ aliq̃li apperitu vomẽ di pp corruptões cibi ⁊ hũoz ĩ stõ exñtiũ

Cause. Cã eĩ aut ẽ extrĩseca aut ĩtrĩseca. Si extrĩseca sic ẽ nimia fritas aeris. aut nimia cal'itas dissoluẽs aut cursus: aut labor. aut ꝓuent q̃ cibus sumpt⁹ ẽ ĩ magna quãtitate: aut ĩ mala q̃litate: aut ꝑm ieptũ ordinẽ: aut q̃ somn⁹ nõ fuit ꝓpter⁹: aut q̃ nimiũ exercitũ secutuz ẽ: aut pp accidẽtia aĩe. ⁊ ita de aliis rebus nõ nãlib⁹ indebito mõ admistrans. ad q̃ sequit corruptio digestiõis in stõ. Si aũt fuerit a causis ĩtrĩsecis tũc aut ꝓuenit a stõ: aut ab aliis partibus. Si ab aliis p tib⁹ vt cũ aliq̃ mã mittat ad stõm corrumpens virtutẽ digestiuã. aut accidit ꝓpter stõm sicut ẽ aliqua de mal' ꝓpriet⁹ cuz excedit: aut cuz mã: aut sine mã. ⁊ accidit ẽt ꝓpter apostẽata ⁊ vlcera. ⁊ dz euit ꝓpter oia illa q̃ corrũpũt cibũ ĩ stõ ⁊ aufertũt digestiuã. ⁊ iõ sacit abhoiare: ⁊ fastidire. ⁊ quasi nausicare.

Signa. Cause extrĩsece sunt note ex ĩditio. cause autẽ sunt intrĩsece si sit mala ꝓplexio ea. adest sitis. eructuatio fumosa. ⁊ ledit a calidis. ⁊ si sit cã frã adest eructuatio acerosa: ⁊ iuuat a calidis. Alia aũt cognoscit sicut frequẽs dictũ ẽ. Intelligẽdũ q̃ diuersitas accidentium ẽ alia ⁊ alia ꝑm diuersitatẽ priculariũ: q̃ diuersitates sunt q̃tuz quãtũ ẽ de pñti. Pzia cã ẽ itẽsio uel remissio fastidij. qm̃ si fastidiũ ẽ magnũ ⁊ diu durauerit accidẽtia sequẽs magna ⁊ multũ gnitiosa. Si aũt fastidiũ ẽ debile tũc accidẽtia fũt remissa. Secũda cã ẽ quãtitas ⁊ q̃litas cibi: qm̃ cib⁹ in nimia quãtitate sumpt⁹ ad q̃ sequit fastidiuz sp ifrigidat corp⁹ ⁊ hũectat q̃cuq̃ fuerit qualitas rõne indigõnis: nisi putrefieret ⁊ se. introduceret. rõne aũt quãtitatis fũt accidẽtia alia. q̃ si cib⁹ fuerit ca. gñat morbos ca. cũ sit: ⁊ pũctura: ⁊ eructuatione fumosa. ⁊ si sit subtil' gñat morbos acutos cũ multis terribilib⁹ accidẽtibus. sicut est alienatio: vigilie ⁊ inq̃etudo ⁊ simulia. Et si q̃litas cibi ẽ frigida gñat morbos frõs cũ eructuatõe acetosa. Et si est grossus gñat morbos cronicos ⁊ de difficili seperabiles: cũ grauedine multa.

Tertia cã ẽ sꝑus stõi: qm̃ si stõus ẽ multũ sensibil': sentit dolor: punctura: inquietudo: rremor: corrosis angustia: ⁊ malitia tolerandi. ⁊ si nõ ẽ sensibil' nullũ horz sequit. Quarta cã ẽ dispositio tot⁹ corpis: qm̃ illi qui patiunt fastidiũ si hñt aliq̃ mẽbra debilia statiz incurrũt nocumẽtũ in illo. ⁊ iõ patiunt aliq̃ dolorẽ capitis. aliq̃ tinnituz. aliq̃ caliginẽ. altq̃ sensuũ obtectatõez aliq̃ patiunt ĩ pedib⁹. aliqui ĩ manib⁹. ꝓz q̃ mẽbra sũt parata ad receptionẽ marie delegate. ⁊ si totũ corp⁹ fuerit debile libẽtissime iurrit se. vtile aũt ẽ scire vt ꝓz ꝟ medicina vtil⁹ applicent.

Pronostica. Si eñ aliqs frequẽter iurrit fastidiũ et frequẽter supra fastidiuz cibuz ponit mala morte moriet. qm̃ si corruptõi addat corruptio cito souea ꝓpat. Ista aũt oia erũt magis plana in sequẽti capl'o: vbi ptractabit regimẽ sanitatis.

Cura. In primis inducat facil' vomitus quecũq̃ fuerit cã: nisi esset apostẽa: aut vlcus. det igit aq̃ calida cum oleo: ⁊ si de difficili euomat tũc videt mã inuiscata. purget ergo stõus ꝑm exigẽtiã materie. Et q̃ mã frida frequẽt⁹ aducit digerat mã cũ oxill' diur. vbi bullierit absinthiũ. ⁊ purget cũ yerap. acuata cũ aloe ⁊ mastice. ⁊ vtat diateron. pipeon. diazizibero. diaconiten. diãthos. ⁊ filib⁹. Et si cã fuerit ea. digerat mã cũ oxizac. vbi fuerint folia absinthij tẽperata. ⁊ purget cũ trifera saracenica reubarbarata. ⁊ vtatur triasandal. cũ zuc. ro. Et si ex his nõ sedet tũc videt q̃ mã trãsiuit ad venas. et tũc cõpant stõia. ⁊ postea stuphe. ⁊ postea exercitiũ. ⁊ sp dieta tenuis. Et si inerit ꝓpter nimiũ sensuz vtat diamb. dianthos cũ musco. ⁊ triasandal. ⁊ sup oia valz par

uitas cibi ⁊ potꝰ:⁊ exercitiū ante cibum. Si aūt fuerit ex mala complexione sine materia:tūc sufficiūt alterātia. alie aūt causes pꝓ suū cōtrariū sunt reducende. In fastidio igīt cōpetit aer clarꝰ ⁊ mundus: ⁊ si nō pōt habere rectificet cū flabell'.et silib'.cōpetit etiā somnꝰ longus ⁊ paruitas cibi ⁊ potus:⁊ exercitiū ante cibu ꝫ vt dictū est.⁊ cōpetit applicatio manꝰ supra stōm.aut ꝙ canulus applicet'.aut puer.r. annoꝝ.oū tū nō sudet.aut puluinar parvum. Si aūt oibꝰ istis vlibꝰ ⁊ particularibus applicatis adhuc remaneant alices ⁊ oritationes ⁊ sensuꝫ grauitas ⁊ obetudo intellectus ꝓculdubio ad plenū curatus nō est.quare oꝫ rciterare floiam si pticularia cōueniūt.Deinde farmaciā ꝑm cōuenictiā humoꝝ.deinde balnea ⁊ alia

Clarificatio. Intelligendū ꝙ ī fastidio ad bꝫt mā nō putrefiat cōpetit vomitꝰ leuis:qz angustiosus posset mām ꝓmouere.⁊ iō cū aliqs nō de difficili euouit fiant disteria ⁊ frications:⁊ dentur meᶜ. secessiue. ⁊ ea que dicta sunt.Secundo notandū ꝙ appetitus nālis torꝰ simpler ē ⁊ solum fit a calido.sed illa que est in stomaco ꝓpoñ ex aīali ⁊ nālt.⁊ ideo per accidens frigidum facit ad appetitū qz inducit cōtactū.⁊ ita sensuꝫ:⁊ vacuū:⁊ inanitione sicut superiꝰ dictū est. Tertio intelligēdū ꝙ calor nālis in principio assumptiōis cibi quodā modo occultat ⁊ debilitat ⁊ languescit.⁊ quodāmō hoies torpet quādiu ē in fieri rōne ꝺrictatis ⁊ resistētie.ſz in fine ꝑualet ⁊ icipit valde fortificari.potissime vbi bonū regimē cōseruat. Quarto intelligendū ꝙ cena nocturna naturaliē ⁊ inutentib' recto regimine ꝺz ee maioꝝ ꝙꝫ cibus maturinalis.⁊ rōne noctis ⁊ somni. ⁊ reuocatiōis caloris.sed mō vtplurimū vsus est in cōtrariū.⁊ ita in se melꝰ ē quā tū est de natura rei.rōne tñ cōsuetudinis non. Sed ponamꝰ ꝙ ex nimia acceptione cibi de mane ⁊ ꝺ sero aduenerit nocumentū.tūc quero que sint horta erunt peiora. Dico ꝙ de sero qz vapores de die possunt eꝛalari.⁊ in nocte retinent.⁊ iō verificatoꝛ aduertēs ad cōsuetudinem ⁊ admo destiā accidentiū dixit. Cena leuis vel cena brevis fit raro molesta. magna nocet medicina docēs res ē manifesta.

Quinto notandū ꝙ calidi de cōplexione posteꝝ incipiūt comedere citiꝰ incipiunt amittere appetitū ꝓpter calorē resoluentē materiā in vapoꝛē.sed frigidi tardius amittūt:qz nō ē calidū resoluēs:⁊ ideo nō causatur fantastica repletio: sed bene causatur fantastica inanitio ꝓp vacuitatem causatā in orificio stomaci rōne frigiditatis cōprimētis. Sexto intelligēdum ꝙ nausea fit frequētiꝰ ex humoribus frigidis cū magis adhereant:sed vomitꝰ fit frequētiꝰ ex calidis cū supnatent sicut dicet inferiꝰ. De regimine sanitatis.

c Licet per dei gratiā de regimine sanitatis longiore tractatum intendamꝰ edere gratia tamen meᶜ.ad ꝫ breuiter intendimꝰ pertractare. Circa regimē sanitatis cadūt.vij.cōsiderationes. Prima sumit a quātitate cibi ⁊ potus. Secūda sumit a caliditate. Tertia sumit ab ordine. Quarta a cōpletiōe Quinta a consuetudine. Sexta a tempe Septima ab etate. Primo igīt de quātitate agamus. Quātitas cibi ⁊ potꝰ debet eē tanta ꝙ calꝫ possit vincere ⁊ superare.aliter si minuaꝫ consumit corpꝰ ⁊ debilitatur virtus.⁊ si excedat est causa putredinis ⁊ oplationis.⁊ vniuersaliter in frigidaꝫ corpus ⁊ humectatur:nisi materia putrefiat ⁊ generet se. Nunc aūt ꝑm Balꝫ.quantitas offerendorum certis literis denotari non potest.recurrendū igīt ad experimentum ꝙ oia rectificat.Quātitas igitur sit talis ꝙ non immutetur anhelitꝰ.nec pulsus.nec vrina.nec egō. nec somnus.nec vigilia.nec sentiat ventositates.nec tortiones.nec ꝺiuretē. nec debilitatem.⁊ sic quantitas cibi ⁊ potus erit temperata:aliter non.nec valet aliqua cōsideratio quantuncunqꝫ rationabilis nisi experimento comprobetur. Et sicut dicꝫ ꝙ experimentum clarificat quantitatē ita qualitatem ⁊ omnia subsequentia: q̄niam diuersitas particularius est magna valde.⁊ cuilibet certas quantitas est applicanda. Patet igitur ꝙ quantitas offerendorum certis literis denotari non po

est.coniectare igitur proxime veritati et

ex perimento relinquatur. Secunda con
fideratio sumitur a qualitate cibi. cibus
igitur qui competit in regimine sanitatis
non debet excedere in aliqua qualitate.
quoniam ea que excedūt in caliditate adu
runt sang. sicut saluia. menta. petro. pi
per. allia. cepe. nasturtium. ⁊ similia. frigi
da autem mortificant ⁊ cōgelant. sicut est
lactuca. portulaca. cucumeres. ⁊ si fuerit
caliditas aquosa putrefit. sicut sunt melo
nes. cucurbite. ⁊ si fuerit venenosa interfi
cit. sicut patet in fungis. ⁊ si caliditas hu
mida putrefacit ⁊ opilat. Et si fuerit sicca
virtutē deiciat. Et si fuerint cibaria ventu
osa supernatant ⁊ impediunt digestionē
Et si fuerint dulcia opilant. Et si fuerint
amara penit⁹ nō nutriunt. Et si fuerint
salsa adurunt ⁊ corrumpunt ⁊ nocent sto
maco. Et si fuerint pontica ⁊ stiptica con
stringunt ⁊ cohortant ⁊ corrigant ⁊ opi
lant. Et si fuerint acetosa celeriter senec
tutem inducent. nullus igitur tale compe
tit in regimine corporis humani. Solus
ille cibus qui caret omni additamēto cō
petit corpori humāo. sicut scribitur a. B.
ad elios ⁊c. opet⁹t igit caro annual⁹ agni
⁊ carnes eduline. ⁊ cōpetūt carnes vitu
li lactantis. ⁊ cōpetūt capones. galline. p
dices. fasiani. pisces squamosi ō aquis mū
dis. ova sorbilia. borragines. buglosa. pa
nis tritice⁹ bene coctus ⁊ bñ fermentat⁹
⁊ cū temperata qualitate salis. vinum ci
trinū odorifer non nouum. ⁊ sit bene da
tus ⁊ cū temperata quātitate aque fontis
mundi que currat versus orientem. ⁊ p sol
percutiat ostius fontis. ⁊ ita de aliis que
vergunt ad temperamētus ⁊ nō multus
excedūt in aliqua qualitate. Si aūt ex ex
cessu alicui⁹ qualitatis excedētis aduene
rit nocumentū rectificetur p suus cōtrari
um. verbi gratia si nocumentū aduenerit
ex vinositate dentur stiptica sicut ē case⁹.
⁊ pira. ⁊ similia. Et si venerit nocumentū
ex salsis rectificet cū acetosis ⁊ acetosis
cū salsis. Et si venerit ex acetosis rectificet cū mel et ⁊ vi
no antiquo. Salsa igit ⁊ amara ⁊ acuta
possunt rectificari cū pomis dulcib⁹. ⁊ cū
lactucis. ⁊ portulacis. ⁊ cucurbitis. ⁊ simi
libus. ⁊ ita de aliis ꝑm conuenientiam p
ticularū. Tertia cōsideratio sumit⁹ ob ori
dine, mod⁹ aūt ⁊ ordo sumendi cibus est
iste. vt de mane cuꝫ surrexerit studeat ex
pellere superfluitates prime ⁊ secunde ⁊
tertie digestiue. Deinde pectiner se forti
ter caput. ⁊ circa totū corpus si locus fue
rit oportunus. Deinde abluat man⁹ ⁊ fa
cies ⁊ oculos cum frigida aqua in estate
⁊ calida in hyeme. Deinde fricet dentes
cū cortice aūt. deinde faciat pacem cū ma
gno deo. deide exerciter se ꝑ loca alta mū
da. vestes sint preciose odorifere. Deinō
cibus sit paratus ⁊ statiꝫ cū incipit natu
raliter appetere accipiat cibū. ⁊ nō ante.
nec tardet. ⁊ quoniā dicit Auic. q stoma
cum preter solituꝫ pati famē putridis re
pler humoribus ⁊ etiam non debet sume
re ad saciet atemꝫ imo debet dimittere cum
appetitu: quia satis cito cessabit appeti
tus. nec accipiat in eadē mensa nisi vnū
cibum. ⁊ si accipiat min⁹ malū est qñ sub
tile precedit grossum. crudum nō ponat
sup⁹a semicoctum. non accipiat pisces et
lac in eadē mensa. nec lac ⁊ vinum. ⁊ quia
ista disponunt ad lepꝛaꝫ. nō accipiat elia
multum ca. post cibum. nec etiam alia ca.
multum: quoniam cibum corrumpunt.
Post cibum autem quiescat stando vel
paulatine deambulando. quoniam om
nis fortis motus corrumpit cibum. Deim
de dormiat ꝑm temperamentum quoni
am aliter cibus non potest digeri. ⁊ pro
pter hoc dicebat Bal. sup⁹a illuꝫ amp bꝫ
ventres hyeme ⁊ vere ⁊c. quantum natu
ra iuuatur ex somno bonum est perpen
dere. quasi dicat. q nullo modo digestiua
potest compleri sine somno. maior cibus
debet esse de nocte: nisi cōsuetudo impe
diat. Viter accidētia anime tristosa ⁊ an
gustiosa quātūcuꝫ erit possibile qz mira
biliē cōfert in regimine sanitatis tēperate
se i accidētib⁹ aie. Zauacrū aq dulcis mꝰ
tū competit. ⁊. Dū rñ nō sit cib⁹ in stō. vici
situdo exhibitiōis sit talis: q in vna die
comedat bis: ⁊ in alia die semel. ⁊ ita dei
ceps continuet. quoniam si erratum fue
rit in prima die in superfluo corrigē in
secūdo. Et si in secūdo fuerit erratū dimi
nuēdo in tertio corrigē replendo. ⁊ ita
de aliis. quoniam semper sequitur corre
ctio vni⁹ alter⁹ cū in regimine sanitatis si
ne errore ee nō possumus ꝑm Bal. libro
suo ō regimie sanitatis, cōcludit igit⁹ opor

